

XYSTUS SCHIER

DISSERTATIO DE REGIAE
BUDENSIS BIBLIOTHECAE MATHIAE CORVINI ORTU,
LAPSU, INTERITU ET RELIQUIIS

ÉRTEKEZÉS CORVIN MÁTYÁS BUDAI KIRÁLYI KÖNYVTÁRÁNAK LÉTREJÖTTÉRŐL,
HANYATLÁSÁRÓL, PUSZTULÁSÁRÓL ÉS MARADVÁNYAIRÓL

DISCUSSION OF THE ESTABLISHMENT, DECLINE, RUIN, AND THE REMAINS
OF MATTHIAS CORVINUS' ROYAL LIBRARY IN BUDA

Supplementum Corvianum
V.

Ediderunt / Editorial board:
BOKA László, FÖLDESI Ferenc, MONOK István, ZSUPÁN Edina

A sorozat korábbi kötetei / Previous volumes of the series:

Ex Bibliotheca Corviniana. *Die acht Münchener Handschriften aus dem Besitz von König Matthias Corvinus.* [Hrsg. von Claudia Fabian und Edina Zsupán.] Országos Széchényi Könyvtár – Bayerische Staatsbibliothek, Budapest, 2008. (Supplementum Corvianum I.)

De Bibliotheca Corviniana. *Matthias Corvin, les bibliothèques princières et la genèse de l'État modern.* [Publié par Jean-François Maillard, István Monok, Donatella Nebbiai.] Országos Széchényi Könyvtár, Budapest, 2009. (Supplementum Corvianum II.)

Corvina Augusta. *Die Handschriften des Königs Matthias Corvinus in der Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel.* [Hrsg. von Edina Zsupán unter Mitarbeit von Christian Heitzmann.] Országos Széchényi Könyvtár, Budapest, 2014. (Supplementum Corvianum III.)

A Home of Arts and Muses. *The Library of King Matthias Corvinus.* [Edited by Edina Zsupán.] Országos Széchényi Könyvtár, Budapest, 2017. (Supplementum Corvianum IV.)

XYSTUS SCHIER

**DISSERTATIO DE REGIAE
BUDENSIS BIBLIOTHECAE MATHIAE CORVINI ORTU,
LAPSU, INTERITU ET RELIQUIIS**

**ÉRTEKEZÉS CORVIN MÁTYÁS BUDAI KIRÁLYI KÖNYVTÁRÁNAK LÉTREJÖTTÉRŐL,
HANYATLÁSÁRÓL, PUSZTULÁSÁRÓL ÉS MARADVÁNYAIRÓL**

**DISCUSSION OF THE ESTABLISHMENT, DECLINE, RUIN, AND THE REMAINS
OF MATTHIAS CORVINUS' ROYAL LIBRARY IN BUDA**

Az utószót írta, a kötetet szerkesztette / Afterword written and volume edited by:
MONOK István

A magyar fordítást sajtó alá rendezte / The Hungarian translation ed. by:
EKLER Péter



Bibliotheca Nationalis Hungariae
Budapest, 2019

Készült az Országos Széchényi Könyvtár
és a Magyar Tudományos Akadémia Könyvtár és Információs Központ
együttműködésében.



A latin szövegeket fordította / Latin texts translated by:
ÁBRAHÁM Zoltán

A jegyzeteket írta / Annotated by:
ÁBRAHÁM Zoltán, EKLER Péter, MONOK István

A könyvtörténeti konkordanciát összeállította / The concordance of book history compiled by:
EKLER Péter

Az angol összefoglalót és az utószót fordította / English summary and afterword translated by:
HUTAI Zsófia

A mutatót összeállította / Index compiled by:

BUDAI-KIRÁLY Tímea

Korrektúra / Proof-reading:

GULYÁS Orsolya

Tördelés / Layout editor:

VINCZE Judit

A borítón
részlet a közreadott műből.

A címlapon
részlet az Augustinus-corvinából (Budapest, OSZK, Cod. Lat. 121., f 404v)

© Szerkesztők, 2019

© Országos Széchényi Könyvtár, 2019

www.oszk.hu/kiadvanyok

A kiadásért felel az Országos Széchényi Könyvtár főigazgatója /
Responsible publisher: the Director General of the National Széchényi Library

ISSN 1789-5421

ISBN 978-963-200-700-7

Nyomta és kötötte / Printed by:

Dürer Nyomda Kft., Gyula / Dürer Printing House Ltd., Gyula

Felelős vezető / CEO: Aggod István

TARTALOM

XYSTUS SCHIER DISSERTATIO DE REGIAE BUDENSIS BIBLIOTHECAE MATHIAE CORVINI ORTU, LAPSU, INTERITU ET RELIQUIIS, VIENNAE, [1766].....	8
XYSTUS SCHIER ÉRTEKEZÉS CORVIN MÁTYÁS BUDAI KIRÁLYI KÖNYVTÁRÁNAK LÉTREJÖTTÉRŐL, HANYATLÁSÁRÓL, PUSZTULÁSÁRÓL ÉS MARADVÁNYAIRÓL, BÉCS, [1766]	75
XYSTUS SCHIER DISCUSSION OF THE ESTABLISHMENT, DECLINE, RUIN, AND THE REMAINS OF MATTHIAS CORVINUS' ROYAL LIBRARY IN BUDA, VIENNA, [1766]	101
XYSTUS SCHIER MONITUM AD BENEVOLUM LECTOREM PRO HAC ALTERA EDITIONE (VIENNAE, 1799).....	109
XYSTUS SCHIER INTÉS E MÁSODIK KIADÁS JÓINDULATÚ OLVASÓJÁHOZ (BÉCS, 1799).....	113
MARTIN ROSNACK VITA CL. AUTHORIS (SC. XYSTI SCHIER) COMPENDIO DATA, ET ACCURATA NOTITIA OMNIUM OPERUM EJUS, TAM EDITORUM, QUAM MANUSCRIPTORUM, VIENNAE, 1776	117
MARTIN ROSNACK UGYANEZEN JELES SZERZŐ ÉLETÉNEK RÖVID ÖSSZEFOGLALÁSA MINDEN KIADOTT ÉS KÉZIRATOS MŰVÉNEK PONTOS JEGYZÉKÉVEL, BÉCS, 1776	147
FELHASZNÁLT KÖNYVÉSZET / BIBLIOGRAPHY	167
KONKORDANCIA A SCHIER ÉRTEKEZÉSÉBEN EMLÍTETT KÓDEXEKRŐL / CONCORDANCE OF THE CODICES MENTIONED IN SCHIER'S <i>DISCUSSION</i>	183

MONOK ISTVÁN XYSTUS SCHIER TANULMÁNYÁNAK JELENTŐSÉGE – UTÓSZÓ A HASONMÁS KIADÁSHOZ.....	187
ISTVÁN MONOK THE IMPORTANCE OF XYSTUS SCHIER'S <i>ESSAY</i> – AFTERWORD TO THE REPRINT EDITION.....	191
SZEMÉLY- ÉS HELYNEVEK MUTATÓJA / INDEX OF NAMES AND PLACES.....	195

Magne compositionis Claudii Ptolemei libri a Georgio trapecu
tio traducti Incipiunt Capitula primi libri Felicitate

Prefatio auctoris
De ordine huius doctrine
Quod sphaera ac globi modo celi
conuoluitur
Et terra quoque sphaerica sit
ad sensum quantum ad uniuersas
partes
Quod terra in medio celi sita est
Quod terra quasi punctus est ad caelestia
Quod terra nullo motu progressiuo
mouetur
Quod duplex in celo primorum
motuum differentia sit
De quantitate rectarum linearum
que in circulo producuntur

Tabula cordarum et arcuum
De arcu qui est inter tropicos
Theorematum que ad sphaericas
demonstrationes pertinent
De arcibus qui sunt inter equino-
ctialem atque obliquum circulum
Tabula solaris obliquationis
De ascensionibus in recta sphaera

**Sequitur Capitulum primum
Prefatio Auctoris**



ER OPTIME MIHI VI
dentur o syre qui bene philosophati
sunt speculatiuam philosophie partem
ab actiua seperasse. Nam et si actiue
accidat parti ut prius speculatiua sit
magnam tamen differentiam in ipsis in-
uenies. non solum quia nonnullae uirtu-
tes morales absque disciplina et multis
inesse possunt. cum speculatiuam sciencia
sine doctrina consequi impossibile sit.
Verum et quia maxima utilitas in altera
ex frequenti actione que in ipsis rebus ha-
betur. in altera ex progressu speculacionu
fieri solet. Hinc opus esse nobis putauimus ut actiones quidem cogitandi mo-
tibus sic temperemus. quod ne in minimis quidem considerationis eius obliuiscer-
mur. que ad pulchram ordinatamque mentis constitutionem perducatur. Otium
autem maxime ad doctrinam theorematum que plurima pulcherrimaque sunt
et precipue illorum que proprie mathematica dicuntur. conuertamus. Con-
mode namque ad modum Aristoteles speculatiuam partem in tria rursus genera
partitue. physicum. Mathematicum. Theologicum. Nam cum res omnes
ex materia et forma et motu constant quorum singula quis minime scorsim
a subiecto inspicere possunt. intelligi tamen sine reliquis possunt. Primam
quidem primi omnium motus causam si quis in summa simplicitate accipiat. diu



XYSTUS SCHIER
DISSERTATIO DE REGIAE
BUDENSIS BIBLIOTHECAE MATHIAE CORVINI ORTU,
LAPSU, INTERITU ET RELIQUIIS
VIENNAE, [1766]

Amo Dno Iosepho Nagy, C. E. Sabariensis
Cantori et Canonico &c. &c. Fautori suo Gra-
tiosissimo, Particulam hanc litterariam jam
multum raram

demisse offert

Sabaria XIX Junii.
MDCCXCVI.

Obstrictissimus Servus
P. Martinus Roznaky
Augustinianus Leukensis

DISSERTATIO
DE
REGIAE BVDENSIS BIBLIOTHECÆ
MATHIÆ CORVINI
ORTV, LAPSV, INTERITV,
ET
RELIQVIIS
AVTHORE F. X. S. A. *

** , Petrus Xyffe Schior Augustiniano.*



VINDOBONÆ, *1766.*

TPPIS VIDVAE GEORGII LVDOVICI SCHVLZII,
TYPOGRAPHI ACADEMICI.

Scriptioni, quam cernis L. B. occasionem præbuit Joachimi Vadiani, viri ab operibus suis celebrati, de hac Budensi Bibliotheca dictum: *quam posteri diripuere*, adeo confidenter prolatum, ut non aliud asserturus fuisse videatur, quamvis nulla clades urbi ab hostibus evenisset, aut perpetua incolumitate frui licuisset. Stupui primum, quod id adversaretur traditioni, qua a teneris annis, cum humanioribus literarum studiis in Hungaria operam navarem, imbutus fueram: nec erat in promptu expedita difficultatis solutio; attentior tamen factus sum, ut variorum scriptorum, quos in alium usum mihi pervolvere contigisset,

set, sensum & relationem observarem. Natae sunt hinc adnotationes, quae pedentini auctae dissertationi huic sufficere autumabam. Impellebat etiam, quod aliquod gratitudinis testimonium ita praestiturus mihi videbar, non illud quidem, ut deberem, sed quod viribus meis & succisivarum horarum laboribus par esset; haud dubius, quidquid demum id foret, velut optimae voluntatis signum saltem accipi posse. Utcunque vero conatus mei successerint, non alia ex causa factos esse certus esto. VALE.





Mathias Corvinus, quemadmodum
 plerisque Hungariæ Regibus bel-
 lica fortitudine & operum mag-
 nificencia antecelluit, ita littera-
 rum culturam antecessoribus suis
 (si Ludovicum I. Quinque-Ecclesiensis studii
 (a) & Sigismundum Budensis Academiae (b)
 conditores, quorum tamen cogitata maturitatem
 non attigerunt, demas) non admodum curatam,
 regno suo præcipue intulit. Bibliotheca certe,
 si sola esset, quam maximis, & quos Rex unus
 sustinere poterat, sumptibus extruxit, suffice-
 ret ad ipsum inter summos bonarum artium fau-
 tores efferendum. Ea siquidem fuit, quæ, dum
 staret, spectatores in admirationem abripuit; ut
 periit, posteros dolore nondum extincto affe-

A

cit,


cit, totque in laudes suas scriptores animavit, ut nulli Bibliothecarum fortem istam obtigisse sciamus. Naldus Naldius primus nascentis incubula quatuor Carminum libris (c) cecinit; Nicolao Olaho Strigoniensi Metropolitæ (d) apparatus descriptum debemus; Joannes Alexander Brassicanus (e) facundiæ suæ nervos in congerendis præconiis eo intendit, ut prope modum excessisse videretur, nisi conatus hi in pensum cederent, quo damna eidem illata resarciverit. De reliquiis ab interitu Paulus Taffernerus (f) Petrus Lambecius (g) & Julius Pflugius (h) memoratu digna tradidere. Nostro tempore Joannes Guil. Bergerius (i) Georg. Mathias Bose (k) Paullus Fabri (l) aliique de ipsa tractandum susceperunt. Attamen (ut resumpti argumenti causam proponam) rariora illa sunt, & plurimum majoribus operibus conjuncta, ut multam operam impensurus sit, qui integram gloriosi hujus Corviniani moliminis notitiam nancisci desideraverit; ista nihil novæ lucis addunt, quin sæpe variis figmentis dubiam ejus gloriam prostituunt. Sileo amplificatam orationem, exaggerationesque Rhetoricas, quæ quidem laudationem augent, impediunt tamen
velut



velut speciosa diverticula rem ipsam cognoscere paratum.

- a) Paulus Fabri in commentat. de Bibl. Budensi p. VII.
 b) Cl. Georg. Pray S. J. Annal. Reg. Hung. P. II. p. 186. Ex Professoribus unicum deprehendi M. Joannem de Horaw an. MCCCXCVI. ex Universitate Viennensi accersitum.
 c) Eos Mathias Belius Tom. III. Hung. nov. adjecit.
 d) In *Hungaria* sua cap. V. Illam cit. Belius in apparatu ad Hung. Vet. & nov. monumento I. & rursus Cl. Franc. Adamus Kollarius S. C. M. a Conf. & Bibl. Vindobon. Aug. Custos primarius conjunctam ejusdem Olahi *Attilæ* publicavit Vindobonæ MDCCLXIII. in 8. quam editionem sequor. Locum de Buda huc pertinentem jam antea ex Ms. Codice P. Martinus Szent-ivanyi attulit in dissert. Paralipomenonica rer. memorab. Hung. Catal. IV. p. 14.
 e) Præfixit Brassicanus *Salviano* suo (ed. Basileæ MDXXX. fol.) ad Christophorum a Stadion Antistitem Augustensem longam epistolam de hac Bibliotheca; quæ etiam in editione Norimbergenfi MDCXXIII. recusa est, & iterum inserta habetur collectioni Madavianæ de Bibliothecis p. 145. Excerpta dederunt, quicumque posterorum hujus Corviniani in litteras studii meminere.
 f) De Cæsarea Legatione ad Portam Ottomanicam Com. de Leslie. P. IV.
 g) Lib. II. Comment. de Cæs. Bibl. Vindobon. cap. IX. cujus & Taffernerii verba Pflugius ac Belius Hung. nov. p. 366. & antea de Litteratura Hunno-Scythica p. 44. etiam exhibuerunt.
 h) Hujus extat epistola ad Vitum Ludov. à Seckendorf Præter fata Bibliothecæ Budensis, librorum in expugnatione ultima repertorum catalogum recensens primum separatim excusa, inserta dein novæ accessioni ad Colle-

4



- tionem Maderianam p. 309. ed. Helmæstadii MDCCHII. in 4.
- i) In programmate de Budensi Mathiæ Corvini Bibliotheca. ed. Lipsiæ MDCCXLVIII. quod postmodum recusum est in Eloquentia publica p. 345.
- k) In programmate ed. Vitembergæ MDCCXLVIII.
- l) Postrema hujus est de Augusta Budensi Bibliotheca commentatio ed. Lipsiæ MDCCLVI. in 4. His adnumeretur opusculum inscriptum: *Bibliotheca Veterum deperditæ in Augusta Vindobonensi instauratæ ed. Viennæ MDCCXXIX.* in 8. ubi P. I. caput VIII. *Bibliotheca Budensis Regia* facit. Struvii item introductio in notitiam rei litterariæ & usum Bibliothecarum cap. II. §. XVIII. aliique.


I.

Principio quidem, ut eorum morem amplecterer, qui res ab exordio repetunt, annus ille statuendus esset, quo Mathias Rex ad condendam hanc Bibliothecam animum adjecerit; verum nihil in acta relatatum est. Si tamen conjecturæ locus est, annum MCDLXXVI. natalem figendum existimo. Quamvis enim Augustus conditor studiis semper addictus (a) fuerit, plerique nihilominus eum elegantioribus moribus, & quod sequitur litterarum splendori excolendo amplius se permisisse asserunt, postquam Beatricem Aragoniam Ferdinandi Siciliae Regis filiam conjugem (b) accepit; quod dicto anno (c) perfecit. Tum enim Regium illud Palatium, quod



quod imperfectum hostibus stupori fuit, molitum esse cum historiae testantur, tum affixa inscriptio Austriacarum Victoriarum testis: *Magnanimum Principem Victoria sequitur anno 1484.* (d) Animadverto etiam, perpaucos exterorum, qui ad litterarum honestatem evocati, aut praemiorum spe allecti, imperante Mathia, Hungariam illustrarunt, ante hunc annum appulisse, praeter nonnullos Mathematicos aut Professores Vindobonenses (e), quos tamen, uti & alios, potius favore Joannis Strigoniensis Archiepiscopi frequenti eruditorum virorum hospitio (f) clari, sociorumve Antistitum id fecisse autumo. Hoc vero constituto Paullus Fabri annum LXVI. dicti seculi natalem hujus Bibliothecae statuens (g) nullo suffragatore se tuitus, asserto suo non subsistet. Utcunque autem fuerit, etiamsi decennium praevertamus, exiguum tamen est temporis intervallum, quo ea praestitit Mathias, quae seculorum esse potuissent.


a) Jac. Philippus Bergomensis Erem. Aug. Lib. XV. Supplementi Chron. ad an. MCDLXIII. *Hoc unum de hoc Rege vulgatissimum habemus, quod merito cum Julio Cesare, & Alexandro Magno in omni re conferri possit. Sepenumero (cum legendi avidus) in ipsius pulvinaribus inveniebatur Livius, aut Curtius, aut alius historicus, legebatque ardentissime sacras literas, & ea, quae in his continentur, memoriae adeo commendabat, ut plerique admirarentur.* b)



- b) Ant. Bonfinius rer. Hungar. Dec. IV. Lib. VII. p. 494. ed. Pofonii MDCCXLIV. fol.
- c) Conf. Narratio nuptiarum istarum T. I. p. 519. Scriptor. rer. Hung. quos Cl. Schwandnerus edidit. Bonfinius Dec. IV. Lib. IV. p. 457.
- d) V. Steph. Gerlachii Diarium p. 12. ed. Germ. Francof. MDCLXXIV. fol.
- e) Georgium Peurbachium magni nominis Mathematicum, etsi à morte Ladislai Regis Austriacos Principes fuerit secutus, in Hungariam tamen regnante Mathia excurrisse disco ex litteris ejusdem Peurbachii ad M. Georg. de Egenburga super morte M. Reimperti Müllwanger, quæ sub an. MCDLIX. accidit. Debeo istas adhuc anecdotas Cl. Raymundo Duellio illustris Canonix ad S. Hippolytum decori, viro jam grandævo, nunquam vero in operibus suis eruditis emorituro; quod grati animi ergo commemorasse juvat. Joannem Müller Regiomontanum muneribus, stipendioque donatum, imo & mensæ Regiæ adhibitum a Mathia ferunt; opus tamen ille suum *de directionibus* Joanni Strigoniensi Archiepiscopo inscripsit, & tandem Ephemerides Mathiæ. M. Nicolaum de Hittendorf in Istropolitana seu Pofoniensi Academia Professore publicum (Mentionem hujus faciunt acta facult. Artium & Theologiæ Univ. Vienn.) ejusdem Præfulis, utpote Fundatoris, evocatione munus adivisse, palam est.
- f) Galeotus Martius lib. II. de homine §. de ves. *Tempestate nostra Musas ex toto orbe fugatas ad se revocavit, Hungariamque novum Musarum domicilium constituit; unde factum est, ut, qui dispersi fuerant docti, ad ipsum tanquam ad litterarum parentem turmatim confluerint.*
- g) Op. cit. pag. X.

II.

Budæ itaque regni Metropoli in arce regia interiori locum Bibliothecæ designavit tanto quidem



dem digniorem, quanto ampliorem hæc ipsa aulae splendidissimæ ornatum adjectura esset. Et illa vero ex prima constitutione unius camerae per alta fornice constructa tribus partibus complenda erat, ita ut quartam fenestræ duæque portæ occuparent, quarum altera hospitibus admittendis, altera Regi pateret in eum præcipue usum servitura, cum in pone adjuncto sacello S. Joannis Eleemosynarii exuviis sacro, quo secretus aperiebatur aspectus, devotioni suæ vacare decrevisset (*a*). Crescente tamen librorum numero accessit & altera camera & alius librorum ordo, ea partitione, ut una linguas orientales, puta: Græcam, Hebraicam, Syriacam, Chaldaicam &c. (*b*) contineret, altera Latinis authoribus repleretur (*c*). Ad ingressum velut in atrio camera erat signis & globo cœlesti ad Bohemicam Mathiæ coronationem perpetuandam picto (*d*) fortassis etiam instrumentis mathematicis (*e*) artefactis, & picturis (*f*), quemadmodum reliquæ aulae nobiliores partes, conspicua. Occurrebant quoque in Palatio duæ aliæ minores Bibliothecæ (*g*), quæ, ut arbitror, ad manum præsto essent. Naldius (*b*) inter sacra litterarum ornamenta computat duos fontes pone exstructos,




ctos, quorum unus ex marmore Florentia adve-
ctus (i) alter ex argento domi fusus erat. Ve-
rum Poetae in gratiam suarum Musarum positos
sibi fingere placuit, ne illae sua Hippocrene ca-
rerent, cum potius totius regiae splendor inde
quæreretur (k).

a) Naldius Lib. II. v. I. p. 611. edit. Belianæ.

*Quadratus mediis locus in penetralibus ergo
Existens, cameras testudine sustinet altas
Incurva; paries quam cinxerat undique fortis
Decocti lateris, durique a robore saxi;
Cui geminae lucem fundunt a fronte fenestra
Compositæ vitreisque coloribus: in nova certe
Cunctis, qui veniunt illuc, spectacula rerum.
Inter utramque manens ima sub parte resedit
Lectulus auratis stratis: ubi regius heros
Sæpe solet placidam membris captare quietem.
Ostia bina manent illic, quorum altera mittit
Intro quosque viros: mittunt quorum altera Regem
Inde foras; quotiens secreta in sede locatus
Sobus adesse cupit sacris, hymnisque canendis.
Atque triplex muri facies, quæ restat ibidem
Integra, neve aliis ullis obnoxia rebus,
Illa triplex triplici tabulatum ex ordine sumit.*

b) Harum linguarum testes Velius, Brassicanus, Simo-
nius infra.

c) Olahus loc. cit. *Qua itur ad stationem ex latere interioris
Bibliothecæ, ad sacellum Divi Joannis perforatum, unde Rex
Sacrum audire consuevit, duæ obviae sunt ædes concameratæ,
quarum altera voluminibus Græcis partim e medio Græciæ, par-
tim ex aliis Orientis regionibus non minori cura, quam labore eo
conge-*



congestis referta erat; altera interior continebat codices totius latinæ linguæ a primis rudimentis ad arcem usque scientiarum.

- d) *Ante hanc, ait Bonfinius Dec. IV. lib. VII. p. 495. cubiculum est in absida curvatum, ubi cælum universum suspicere licet versus austrum. Gerlachus op. cit. præter Zodiaci signa ad globum cœlestem ibi pictum distichon sequens se legisse testatur:*

*Cum Rex Mathias suscepit sceptræ Bohemæ
Gentis, talis erat lucida forma poli.*

- e) *Henricus Ranzovius in catalogo Imperatorum, Regum & Principum, qui Astrologiam amarunt, teste Lomeiero, refert, Davidem Ungnadium Cæsareum ad Turcas legatum an. MDLXXII. (legendum MDLXXIII. eo siquidem anno legatione hac functus est) invenisse ex adverso januæ Bibliothecæ inter rudera cœlestem globum duobus geniis suffultum, & compositum ad tempus suscepti per Mathiam regni Bohemici cum iisdem versibus, quos supra legationis hujus verbi minister Gerlachus ad globum pictum retulit.*
- f) *Henricus Scherer S. J. in Geographia polit. T. II. p. 508.*
- g) *Olahus loc. cit. Præter has & aliæ duæ Bibliothecæ in locis diversis arcis, sed prioribus inferiores.*
- h) *Lib. IV. v. 341. p. 637.*

*. binos modo surgere fontes
Optimus ille jubet Musis, Phœboque sacros.
Ex illis alter pario de marmore constat,
Vestus ab Hetruscis oris; argenteus alter,
In quo celando multum consumpsit & artis
Pannoniæ populus.*

*Quam eandem rationem jam in epistola præfixa dederat:
Gemini fontes illi abs te parati sunt pro uno vetere pegaseo fonte, in quorum altero Musæ sub sidere Cancri se aqua lavent frigida, in altera unda se foveant calida, eo tempore, quo terra riget nivibus.*

B

i) In-



i) Inter Angeli Politiani epigrammata duo sunt, digna, quæ huc transferantur:

In fontem Ungari Regis.

*Usque Fluentina vestum est hoc marmor ab Urbe,
Mathiæ ut Regi largior unda fluat.*

Et alterum.

*Thusca manus, Thuscum marmor, Rex Ungarus auctor,
Aureus hoc Ister surgere fonte velit.*

* Bonfinius loc. cit. p. 495. *retractiorem aulam nimis exornavit: quippe qui a Danubii parte adiculam statuit, hydraulicisque organis, item sacro fonte duplici marmoreo & argenteo decoravit.*

III.

Structuram internam hanc accepimus: libri secundum classes in forulos erant dispertiti, suis titulis adjecto indice insignes, ut notarentur ea, quæ hic reperirentur. Tegebantur isti velis sericeis auro intertextis. Imam partem, quæ pavimentum contingit, formabant arcæ ad recondendos codices, qui in suis tabulatis locum non habuerunt (a). Neque arculariæ, neque sculptoriæ artis aliquid intermissum, ut scrinia eleganter conficerentur (b). Ipsi libri potissimum membrana constabant, sæpe serico, argento, & auro illigati (c): omnes vero insignibus Corvinianis suis, corvo scilicet annulum gerente, quibus adhuc superstites dignoscuntur, adpictis notati; sic enim Mathias insignia sua



sua a Paternis distinxit, ut Corvi rostro annulum infereret, cum Joannes Hunnyades Pater corvo simplici uteretur: quod in numo aureo, dum is gubernatorem ageret, cuso mihi ostendit Cl. Schwandnerus. Omnia denique, ut de apparatu finiam, ita ornata fuere, ut Musarum hoc domicilium pulcherrimo templo (d) æquiparetur. An autem peculiarem inscriptionem præfulerit, nondum inveni; nam illa, quam Paullus Fabri (e) memorat, alibi affixa legebatur.

a) Olahus loc. cit. Continebat codices per capsulas & loculamenta ordine quosque suo distinctos. Tegebat horum quodlibet velum sericeum, coloribus auroque variegatum cum indice disciplinæ & professionis, in quas libri erant discreti. Naldius in epist. præfixa p. 599. Adhibita Cortina ex auro per artem intertexto & purpura confuta, quæ libros a pulvere subtiliori vindicarent. In parte ima, quæ pavimentum attingit, collocata sunt scrinia gravi arte elaborata, in quibus volumina, quæ in tabulatis superioribus præ multitudine locum non haberent, plura simul conderentur.

b) Idem Naldius lib. II. v. 15. p. 612.

*Ille triplex triplici tabulatum ex ordine sumit
Arte laboratum, fulvi splendentibus auri
Braçtea: quod pinxit foliis, tenuique refulsit
Auratis: hæc facta quidem pretiosa metallis.
Non ego narrarim, quanta exornatus ab arte
Ille locus fuerit: prisci fuit Alchimedontis
Ille operi similis, vel Mentoris artibus idem
Par fuit egregiis; nec plus valuisse feratur
Dædalus ingenio, quam qui se exercet in illis
Celandis lignis, incidendis que figuris.*

B 2

e) Bon-



- c) Bonfinius loc. cit. *Cultus librorum luxuriosissimus. Olahus cap. cit. Magna pars voluminum constabat membranis, colligata serico, umbilicis, fibulisque argenteis, auro lucidis.*
- d) Brafficanus ep. cit. *Afinius Pollio primus Romæ Bibliothecam in fano Herculis dedicavit. Hanc laudem Patrum nostrorum memoria, si non superavit, æquavit tamen inchtus ille, ac nunquam satis laudatus Pannoniæ Rex Mathias, qui Bibliothecam suam, quam ex omni scriptorum genere confertissimam instruxerat, in amœnissimo etiam templo dedicavit.*
- e) Adfert is Epigramma Bibliothecæ auctore Bonfinio incisum:
*Atria cum statuis ductis ex ære, foresque
 Corvini referunt Principis ingenium.
 Mathiam partos tot post ex hoste triumphos
 Virtus, æs, marmor, scripta perire vetant.*
 Verum ipso fatente Bonfinio epigramma hoc veteri palatio per Mathiam restaurato inscriptum fuit, sicut nec statuæ Herculis & Apollinis ad bibliothecam pertinebant alio loco positæ. V. infra §. XI.

IV.

Quoniam vero adolescente Typographia, librorum impressorum optata copia negabatur (etsi ad mortem ejus usque facile aliquot millia obvenerint) ad suppellectilem litterariam coëmendam Mathias peritos viros in Græciam, ipsam Asiam, aliasque regiones misit, quos inter Thaddæus Ugoletus Joannis Corvini filii Præceptor Florentiam legatus (a) tantam Regi famam conciliavit, ut certatim gens litterata non solum veterum authorum, quæ postulaverat, scripta (b), sed sui etiam ingenii fœtus dedicaret,
 ope-

operamque ad servendum Bibliothecæ absens (c) offerret. Et sane, si uspiam terrarum hujusmodi merx requirenda erat, ea ex Florentino emporio tum optima sperari poterat, quod Medicei omnium eruditorum patrocinium affectarent, & doctorum quique apud ipsos hospitium haberent (d). His vero non satiatus Mathias Florentiæ quatuor librarios (e) aluit, quorum correctioni & nitore Naldius, aliique multiplicitate scientia perpoliti viri (f) invigilabant; domi autem triginta, qui libros describerent, pingentque sub Felice Ragusino Præfecto, harum artium intelligentissimo (g); unde non potuit non brevi temporis spatio immensus & selectus codicum cumulus aggregari. Auxit enimvero pretium hæc ipsa Bibliothecæ utiliter instituendæ sollicitudo, sed & ipsum accendit aliquando, ut videbimus, aliorum studium ejus rebus inhians, cum quædam prope esset certitudo librum isthinc sumptum nec inter quisquilias numerandum, nec sphalmatibus admodum esse obnoxium, quod ab illis collectores, ab istis correctores, utrique eruditi, singulariter cavissent. Fabulatur nihilominus Paullus Fabri de Mathia asserens: *Cæsis barbaris ac ultro pacem flagitan.*



tantibus reliquias Bibliothecae Constantinopolitanae a flammis & saevitie Turcarum superstites extorsit (b). Ubi enim conditiones istae? ubi postulata haec leguntur? Redemptos plurimos libros e manibus Barbarorum assentiuntur omnes, extortos nemo somniavit. Sed libuit aliquid dicere, quod alius nondum protulisset.

- a) V. Naldium in cit. epist. & pœmate.
- b) Philippus Valor varia authorum veterum opera Mathiae inscripsit, quarum aliqua supersunt in Guelpherbitana.
- c) Angelus Politianus lib. IX. Epist. 1. qua poema suum *Nutritia* dictum Regi consecravit: *vehementer cupio aliquo labore meo tuam celsitudinem demereri; cupio studiis ingenioque meo, si datur, commendare me tibi Rex invicte. . . . si quid igitur ipse mandaveris, obibo libens; sin minus, eligam tamen pro judicio, captique meo, quod tibi fore arbitrer quam gratissimum. Bibliothecam video jam pridem comparas omnium (sicut expectamus) non ornatissimam solum, sed etiam copiosissimam. Possumus igitur multa, si res postulat, e graeco vertere in latinum tibi, multaue rursus quasi nova cadere, quae nec ab eruditis forsitan respiciantur.*
- d) Degebant tunc Florentiae, praeter jam laudatos, primi litterarum & Philosophiae Platonicae restauratores Marsilius Ficinus, Christophorus Landinus, Georg. Merula, Petrus Crinitus, Ugolinus & Michael Verini, Bartholomaeus Scala, Demetrius Chalcondylas Atheniensis, aliique, de quibus abunde Angelus Maria Bandinius in specimine Florentiae litteratae seculi XV.
- e) Brassicanus loc. cit. *Mathias Rex, quem recte librorum Heluonem appellaveris, quatuor insignes librarios Florentiae magnis impendiis alebat, quorum is unus & unicus labor erat, ut omnes melioris notae auctores & graecos & latinos, quos commodum*



dum ex Græcia habere non poterat, exscriberent. Nam ipsa Typographia (ut exigua sunt omnium rerum principia) nondum tam late radices egerat, ut ardentissimis illis & vere regis votis Regis omnium excellentissimi satisfacere posset. Memoriam nostram meretur Gherardus Colorator Florentinus, quem Vasarius (in vita hujus Gherardi p. 454.) narrat complures libros minio colorasse pro Bibliotheca Mathiæ Corvini. Conf. Ant. Mar. Bisconii Bibliotheca Mediceo-Laurentiana p. XXXV.

f) Naldius in cit. epist. n. II. p. 596. in emendandis voluminibus tuo jussu, e scriptis occupamur. Qualis quantusque hic fuerit, ex sequenti Politiani epigrammate, quod in libellum epigrammatum Naldii scripsit, bene arguitur:

Dum celebrat Medicem Naldus, dum laudat amicam,

Et pariter gemino raptus amore canit.

Tam lepidum unanimes illi ornare libellum

Phebus, amor, Pallas, gratia, Musa, fides.

g) Olahus loc. cit. *Audivi a Majoribus Mathiam Regem, dum viveret, aluisse semper ad triginta servos amanuenses pingendi peritos, quorum ego plerosque illo mortuo noveram. Horum erant opera omnes fere & græci & latini codices conscripti. Præfectus his Felix Ragusinus Dalmata, & ipse jam senex mihi cognitus, qui non modo græce & latine, sed chaldaice & arabice doctus: præterea in ipsa quoque pictura exercitatus sedulo advertebat, ne quis error in describendis libris committeretur.*

h) Op. cit. pag. X.

V.

Numerus voluminum in supremo, quo pergit, gradu dimensus a nonnullis ad quinquaginta millia extenditur; quod pace illorum permittitur. falso tamen idem Fabri (a) culpam impingit Lomeiero, velut tantam impressorum copiam




piam divinasset, cum hic de universa tam manu, quam typis expressorum summa (b) sit locutus. Multitudinem autem stupuere omnes, in qua extollenda prae ceteris est Brassicanus (c) qui se Bibliothecam hanc non semel excussisse, & exactissima diligentia inspexisse alias jactavit, plena etiam fide recipiendus, modo ut omnes Sophisticos libros procul ablegatos tacuisset. Si enim hoc nomine Theologos Scholasticos, aut Philosophos Peripato addictos intellexit (ut quidem hæc formula vulgari acceptione sonat) horum certe non pauci in Bibliotheca ista cernebantur (d), tamen utilium librorum abundantia longe superarentur.

a) In com. cit. p. XIII.

b) In opere de Bibliothecis p. 156. ut in accessione altera Maderiana reperitur.

c) *Quot libros, ait ille, tot etiam thesauros isthic inspexi. Dii immortales! Quam jucundum hoc spectaculum fuisse quis credat? Tunc certe non in Bibliotheca, sed in Jovis gremio, quod ajunt, mihi esse videbar. Tantum hic erat antiquorum, Græcorum simul & Hebraicorum voluminum, quæ Mathias ille Rex capta jam Constantinopoli, everfisque multis aliis amplissimis Græciæ Urbibus e media Græcia inestimandis sumptibus coemerat, ac tanquam mancipia ex Barbarorum catastis atque compedibus receperat. Tantum hic erat latinorum librorum & veterum & recentiorum (procul tamen ablegatis omnibus sophisticis) ut nusquam alibi, quod ego quidem sciam. Enumeratis dein pluribus nominatim Græcis authoribus, omitto, ait, Poetas, Ora-*



Oratores, Philosophos atque Historicos, quorum hic immensam vim inspicere licuisset. Vidimus auctores græcos innumerabiles, infinitaque in Poetas fere omnes commentaria, nemini Doctorum, aut paucis omnibus visa.

d) V. Catal. libror. residuor. apud Pflugium.

VI.

Nec vero tanta moles Præfectis & Custodibus caruit, quorum primum existimo nominandum Thaddæum Ugoletum. Is Parmæ natus, juvenis adhuc in aulam Ungaricam adscitus, & Joanni Regio Principi erudiendo præpositus fuit. Cum deinde Rex Florentinis Cimeliis literariis Bibliothecam augere constituisset, Thaddæo demandatum est, ut ea in civitate cuncta dirigeret. Mathiam diu supervixit in Patria, veterum authorum, quos undique conquieserat, emendatione & editione honeste districtus (a). Alter a præfectura ista celebris est Bartholomæus Fontius (b) Bernardi Nuthii Florentini Professoris Rhetoricæ artis discipulus, & ipse jam an. MCDLVIII. ejusdem scholæ Professor institutus; quod officium etiam, ubi in Patriam ex Hungaria regressus est, resumpsit. Vitam reliquit mense octobri an. MDXIII. natus annos LXVII. (c) Opera Fontii multiplicia, pleraque tamen artis suæ sunt testimonia (d) Hunc excepsisse videtur Galeotus

C

Mar-

Martius Narniensis (*e*) vir robusti, sed paradoxo ingenii, quo ingens famæ & vitæ discrimen sibi accivit. Facetus cæteroquin, qua gratia Mathiam sibi potissimum addictum fecit, & aliquando se ab infamia liberavit. Dum enim in foro Veneto (*f*) ad geminas columnas perductus esset, ut impetrata venia se falsa aliqua scripsisse fateretur, id iudicium exortus in turbaris evertit, falso ac repentino Galeoti dieterio excitatus: nam cum forte non ignobilis Venetus e turba proximus strigosa proceritate, & uxorio probro notatus traductum ludibrio præpinguem porcum appellasset; extemplo Martius renidentique ore, pinguis, ait, porcus quam macer hircus esse malo. Erat enim usque adeo tumenti abdomine, ut rheda curruli veheretur, quod sub vasto obesi corporis pondere vel prægrandia iumenta fatiscerent. Bohemiam, Ungariam, Germaniam & Hispaniam peragravit, parum stabili loco versatus, nisi quod Bononiæ Rhetoricam & Poësim longiori tempore docuerit, alias medicinam exercens (*g*). Atque hæc quidem minime dubia sunt. An vero Mathiæ Regis præceptor, epistolarumque Magister & in castris miles fuerit (*b*), non modice hæreo, quod
tem-

tempora non satis congruant, & ipse in suis operibus, ubi maxime posset, nullam horum mentionem afferat. Falsum autem omnino est, eum in itinere ad Ludovicum XI. Galliarum Regem, a quo fuerat evocatus, mortem oppetiisse, dum Regi obviam factus ex equo descensurus, in terram gravi lapsu allisus esset (*i*); nec plus veritatis habet, quod Götze (*k*) opinatur, eum anni MCDLXXVIII. limites non fuisse transgressum, siquidem adhuc vixit Austria per Mathiam occupata, id est. post an. MCDLXXXVI. Vicissim, ut Justo (*l*) fides sit, eum an. MDXXXV. inter vivos egisse, nuda assertio non sufficit. Vero simillimum est Martium senem ad montem Anianum circa Ateste arvina suffocatum interiisse, quæ Pauli Jovii (*m*) est narratio. Scripta ejus ampliori recensione digna sunt (*n*) ob variam diversorum de iis relationem. Ultimus sub Mathia Bibliothecæ præfuit Felix Ragusinus Dalmata vir Græcæ, Latinæ, Chaldaicæ & Arabicæ linguarum peritus, multum de præstantia codicum meritis: de quo supra actum fuit. Operæ pretium foret, si quispiam reliquos eruditos viros sub hoc Rege Hungariam illustrantes accuratius inquireret, eorumque doctos labores con-

scriberet, næ ille multum ad historiam litterariam Patriæ suæ conferret.

a) Operum hujus & emendationum aliquam recensioem adjiciam: *Quintiliani declamationes CXXXVI. Thadeo Ugoletto recognitore. Parmæ per Angelum Parmensem olympiade quinquagesima octava, qui est annus a salute Christiana M. CCCC. XCIII. quinto Non. Jul. Dicavit Thaddæus laborem suum Anselmo nepoti. Refert Maittaire Tom. I. anal. Typogr. p. 327.*

Claudius emendatus per Thadæum Ugoletum Parmensem. Impressit Ioannes de Tridino, alias Tacuinus VI. Junii 1495. in 4. recusus est idem autor ex hac emendatione per Christophorum de Pensis. Venetiis 1500. XXIII. Maji in 4. fortassis etiam editio prior per Angelum Ugoletum Parmæ 1493. in 4. ad nostrum pertinet. De his Maittaire op. cit. Tom. I. p. 322. 333. & 367.

Ausonii Pæonii Poetæ opuscula a Thadeo Ugoletto recognita. Parmæ per Angelum Ugoletum Parmensem X. Julii. 1499. in fol. Eodem recensente p. 361.

M. Aëtii Plauti Asinii comoediæ viginti nuper emendatæ: & in ea: Pyladæ Brixiani lucubrationes. Thadæi Ugoleti & Grapaldi virorum illustrium scholia. Anselmi Epiphyllides. fol. Ugoletus dicavit librum Joanni Lucino Arnutio, Alexandria nato, Leonis X. P. M. postea Datario; defendit autem Merulam contra Pyladem, cujus tamen annotationes non improbat. Libet adjectam singularem Typographorum clausulam integram recudere: Plauti hæc viginti comoedias excusserunt formis solertissimi ac integerrimi juvenes Octavianus Saladius & Franciscus Ugoletus, quorum quinque prioribus Pyladis glossata circumsuderunt: Undecim vero sequentibus cum principio Rudentis doctissima Hypponemata Thadæi Ugoleti & Grapaldi virorum illustrium: deinceps ad exitum usque Anselmi etiam Epiphyllides addiderunt. Qui etsi literas ipse non profectus, gravissimo tamen atque amicissimo homini Thadeo Ugoletto
non

non obsequi, ultra aras quoque, non potuit. Impressores ipsi homines se fatentur, nihilque, quod humanum sit, alienum a se putare aiunt: propterea, quæ eorum solertiam suffugerunt, placuit adscribere. Leviora inter legendum per se studiosi emendabunt: quos valere optant, & ut rem litterariam bene gerant, plurimum hortantur: bene gesturos autem eos non ambigunt, si Plautinas comoedias nocturna manu atque diurna versaverint. VII. Id. Martii IDX. Parmæ. Demonstratur ex his totam fere Ugoletorum familiam, Thaddæum, Angelum, Franciscum, Anselmum se litterarum servitiis dicasse.

In Bibl. civ. Vindobonensi existit Joannis Crafftonii Dictionarium græcum impressum Vicentiæ 1483. in fol. cum additionibus Mss. quæ (verba sunt Cl. Lambacheri) videntur esse Thadæi Ugoleti. Nam eadem manu subscriptum legitur: *Relectum XX. Junii MCCCCLXXXIV. Thadæi Ugoleti: Paulus Romulæus dono dedit.*

His addenda sunt, quod in iis partem aliquam habuerit Thaddæus, *Bucolica Calpurnii & Nemesiani*, in quorum Parmensi editione ad calcem habetur: *Impressum Parmæ per Angelum Ugoletum e vetustissimo atque emendatissimo Thadæi Ugoleti codice e Germania allato, in quo Calpurni & Nemesiani, uti impressi sunt, tituli leguntur.*

- b) Lomeierus op. cit. cap. XIII. Menkenius in notis ad vitam Angeli Politiani p. 74.
- c) Hæc aliaque plura de eo Bandinius op. cit. sparsim utroque tomo.
- d) *Persius cum com. Bartholomæi Fontii. Venetiis per Baptistam de Tortis XIV. Martii 1482. fol. recusum eodem adhuc anno ibidem per Renaldum de Noviomago Theutonicum. XXIV. Decembr. fol. Idem addito Joannis Britannici Brixiani commentario ex recognitione Bartholomæi Merulæ Venetiis sumptu Joannis de Tridino. fol. De his editionibus videndus est Maittaire Tom. I.*

Bartholomæi Fontii opuscula. Francofurti 1612. in 12. Quid in iis contineatur, ignoro; nondum enim vidi.



In Bibliotheca Guelpherbytana, teste Pflugio, extat codex complectens sequentia Fontii opera, Mathiae Corvino R. U. dicata, duobus libris & certis sectionibus comprehensa. 1. agit de Tadeo seu de locis Persianis. 2. dicitur saxettus. 3. est de satyra & de studiis humanitatis. 4. de sapientia. 5. de Poetice. 6. de bonis artibus. 7. de historia. 8. de eloquentia. 9. de Pauli Ghiaccii vita. 10. de Donato vel pœnitentia. 11. de mensuris & ponderibus. 12. est commentarius in Persum.

Bandinius op. cit. sparsim hæc ejus opera Florentiæ in Bibliotheca Riccardiana existentia refert: *Epistolarum libros tres Americo Cursino dicatos*, cui codici catalogus operum Fontii adscriptus est; *Annales suorum temporum*; *silvam variae lectionis*, *vitam Pauli Diacetti*; *Orationes XVIII.* quarum una est, qua Christophorum Landinum in funere laudavit; *excerpta de rebus naturalibus ex diversis auctoribus*; *adnotationes in Livium & Juvenalem*; *Castigationes in Persum*; *Praelectiones in eundem*; *excerpta ex Landini opere de animabus*; *vocabula & observationes grammaticæ*; *Etymologiæ ex diversis auctoribus*; *emendationes in Valerium Flaccum.* Legenti clarum est, aliqua horum jam supra recensita, imò fortassis plura in laudatis opusculis impressa esse. Conf. Bayle, Negri scrittore Florentini, Massa della vita di Persio.

- e) Sigism. Torda ad libr. de dict. & fact. Mathiæ; ipse vero Galeotus id innuit cap. XXIV. dicti operis.
- f) Hæc de periculo & corporis constitutione fere ad verbum Paulus Jovius in elogiis Doctorum virorum p. 104. ed. Basileæ MDLXI. 8.
- g) Ipse Galeotus lib. de promisc. doct. cap. XV. p. 140.
- h) Paulus Jovius loc. cit. Gerdesius in Florilegio libror. rarior. p. 102.
- i) Pierius Valerianus lib. I. de literat. infelic.
- k) In memorabilibus Bibliothecæ Dresdensis ed. germ. T. I. p. 252.

l) In Chron. Med. apud Mangetum in Bibl. Scriptor. Med.


m) Loc. cit. p. 105.

n) *Galeoti Martii Narniensis de homine libri duo.* fol. sine anno & loco. Götze op. cit. T. I. p. 252. putat Venetiis apud Rubeum ante an. MCDLXXVI. editos. Dicat author Joanni Archiepiscopo Strigonienfi. De se & eloquentia sua hoc in opere testatur: *hæc hominis pars (lingua) viros doctos ad culmen dignitatis vexit; hæc Galeotum multis Principibus junxit, & maxime Regi Mathiæ Viro invictio, qui nondum octavum & vicesimum annum egressus &c. Hæc eadem mihi Galeoto & divitias paravit, & honores tribuit, & amicos conciliavit.* Conficitur ex hoc loco, opus istud sub anno MCDLXXI. natum fuisse. At quia Laurentium Vallam vehementius exagitaverat, in Georgio Merula adversarium invenit, & extat ejusd. ætatis *Georgii Alexandrini in librum de homine Galeoti Narniensis opus impressum cum ejusdem interpretatione in epistolam Saphus & emendationibus in Plinium & Virgilium.* in 4. Non tamen ex arena cessit Galeotus rursus edita *refutatione objectorum.* Quæ tam Galeoti quam Merulæ scripta conjuncta postmodum prodierunt *Mediolani 1490. fol. Basileæ 1517. in 4. Oppenheimii 1610. 8. Francofurti 1619. 8.* refutatione plerumque prætermissa. Plurimi asserunt, Galeotum in hoc opere Ethnicis & illis, qui ad lumen naturæ vitam exigunt, salutem æternam promississe; quare ad revocationem fuerit compulsus. Verum hæc ad sequentem librum pertinent.

Galeoti Martii liber de incognitis vulgo. Opus, in quo, dum nimium philosophatus est, in exoticas & periculosas opiniones incidit. Götze loc. cit. existimavit interiisse, inductus forsan, quod, ut infra ostendam, exemplar Joannis Alexandri Brassicani perditum fuerit; extat tamen in Regia Taurinensi teste catalogo Tom. II. p. 1397. tum in Civica Vindobonensi Bibliotheca Ms. codex, ex quo Cl. Lambacher ejus contenta p. 170. recenset. Meminit



minit ipse Galeotus hujus sui operis in libro de dict. & fact. Mathiæ R. cap. XII. & XXIV. fata vero sua ibidem cap. XXVII. his enarrat: *contigit Galeotum Martium, qui propter suam universalem disciplinam & facundiam lepidam atque jocosam Regi erat charissimus in discrimine vitæ & rerum suarum sæpe fuisse, & propter librum de incognitis vulgo, hæreseos damnatum: sed tandem causa devoluta est ad Xystum Pontificem (fuerat is, teste Jovio, in minoribus discipulus Galeoti) virum eruditissimum, cujus jussu e teterrimo carcere exemptus Romam commigravit, ubi Galeotus multos reperit æmulos & inimicos acerrimos; sed summus Pontifex ex indicio doctrinæ suæ Galeotum dijudicans pristino honore & rebus recuperatis absolvit, ita, ut in pristinam dignitatem divitiasque Galeotus Xysti opera & judicio & auctoritate redierit. Sed inter agendum (diu enim causa agitata est) Joannes Vitez & propter veierem cum Galeoto benevolentiam, & maxime propter Regem Mathiam, cui sciebat Galeotum ob singularem cum virtute doctrinam cordi esse, plurimum in hac re desudavit, effecitque, ut gratis omnia Romæ a Galeoto haberentur, quæ ad ejus honorem ac salutem pertinebant. His peractis Galeotus ad Regem Mathiam convolavit. Duo hinc deducuntur, primum operis compositi tempus, scilicet post casum Joannis Archiepiscopi Strigoniensis, cui Joannes Vitezius involutus gratia Regis exciderat; hoc autem factum, quod tantopere respectu Regis pro Galeoto laboraverat, iterum receptus est, paulo post ad legationem Gallicam, inde ad Episcopalem Sirmiensem sedem promotus. Deinde quid Xystus Pontifex, quid Mathias R. præstiterit, quamvis Galeotus in dedicatione hujus libri, quam postea ad hunc Regem præfixerat, totum ei adscribat, quod solum auctoritate Mathiæ prætexta fuerat adjutum: *Cruciamenta enim, ut ex cit. codice exscripsit Cl. Lambacher, & teterrimus carcer & vitæ pericula (ter enim de capite agitatum est) & ignominiosa ludibria, quæ toto spectante populo Venetiis passus immerito sum, itemque bonorum meorum, quæ satis ampla erant, amissio, filiabus, filioque hæ-*
*redi-**



reditate privatis, spoliata & diu in vinculis habita uxore charissima, in gaudium, libertatem, salutem, honorem, omniumque meorum integram recuperationem Majestate tua cooperante conversa sunt. Visum est hæc longius referre, ad litem inter eruditos, quorum alii huic, alii alteri Galeoti operi fata ista assignarunt, terminandam.

Galeoti Martii de egregie, sapienter, jocosè dictis & factis **Mathie Regis** ad inchoatum **Ducem Joannem** ejus filium. *Viennæ apud Michaelem Zimmermannum. MDLXIII. 8.* Scriptum est, ut ex dedicatione liquet, cum **Mathias Austriam** sibi jam subjecisset. **Sigismundus Torda** primus editor illud **Maximiliano II. R. & B. Regi** inscripsit. *Recusum Viennæ MDCCXXIII. in 12.* Habetur etiam in collectione scriptor. rer. Hungar. ed. **Francofurti MDC. uti & Cl. Schwandneri Tom. I. p. 528.**

Galeoti Martii Narniensis de doctrina promiscua liber varia multiplicique eruditione refertus, ac nunc primum in lucem editus. *Florentiæ apud Laurentium Torrentinum MDXLVIII. 8.* Auctor Opusculum scripsit ad **Laurentium Medicem, Innocentio VIII. P. M.** jam aliquamdiu regnante, attamen ante annum **MCCCCLXXX.** quo astrum **Veneris** retrogradum futurum ait p. 432. *Recusum Lugduni apud Joh. Tornæsium 1552. 16. & Francofurti 1612. in 12.*

Meditabatur Galeotus & alia plura; sic enim lib. I. de homine tit. de pectore ait: *Sed dicendum de hac re censeo, cum Astrologiam ad latinitatem revocabimus; est enim nobis in animo, cum absolverimus commentarios in Vergilium, scribere in Astrologia, & barbariem, qua omnes fere Astrologi imbuti sunt, penitus delere, docereque omnes latinam linguam non indigere in omni disciplinarum genere barbaris vocabulis. An perfecerit, aut ubinam lateant hæc opera, me fugit.*

VII.

Quantumcunque vero ita consultum fuerit
accendendis, juvandisque Hungariæ litterarum

D

stu-



studiis, ut etiam supra omnes cultiores populos principatus spes affulgeret, non tamen aliam fortunam hi Mathiae conatus habuere, quam bellica ejus gloria, felicitasque, ut simul cum ipso exspirarent. Tametsi enim Vladislaus successor aliqua Corviniana opera non impari splendore ac magnificentia (a) profeceretur, imo eruditionis ac doctorum virorum fautorem non fegnem (b) se ostenderet, nihilominus haec ipsa brevi elanguere. Sic namque saepius evenit, ut inertes virtutem velut se ipsis superiores ad captandam famam aliquamdiu mentiantur, mox ad pristina vitia redituri, cum id, quod cupierant, fuerint consecuti. Bibliotheca quidem haec regia a morte Authoris sensim defluere, passibus initio tacitis, postea pleno cursu in ruina ire, antequam aperte hostiles manus experiretur. Res a paucis animadversa: unde factum est, ut plerorumque posterioris aetatis scriptorum, qui thesaurum hunc expilatum deplorabant, indignatio tota in Turcas effunderetur.

a) Gerlachus loc. cit. parti aulae superstiti inscriptum legit:
Wladislai Regis hoc est magnificum opus.

b) Extare aliquos libros Bohemicis & Hungaricis insignibus notatos in Bibl. Civ. Vindob. me docuit Cl. Lambacher, qui




qui utique Wladislao debentur. Huc facit ipsa continuatio Bonfinianæ historiæ ad an. usque MCDXCV. & opusculum, quod idem Bonfinius Dec. V. lib. III. p. 552. se scripsisse testatur Casimiro Vladislai Patre defuncto: *Antonius Bonfinius, qui has scripsit historias, totius regii generis serie altius ad laudem familiæ repetita, ejus (Casimiri) vitam, quam ornatissima potuit, oratione laudavit.*

VIII.

Primam ergo universam cladem sub Mathiæ successoribus Wladislao & Ludovico Regibus accepit, quod hi, cum cetera muneris sui remisse, neque pro majestate tractarent, ille exiguo animo, iste juventute sua, nulla prope cura conservandi, augendive hujus litterarum ornamentum tangerentur; nullos, quæ conjectura est Belii (a) ex Olaho, scriptores aluerint, qui pessumdata resarcirent, perdita restituerent, aut futuris damnis præcaverent: forsitan ne Custode quidem peculiari, aut saltem alicujus nominis præposito, quod mihi silentium Vadiani, Tanstetteri, Spiegellii, Cuspiniani, Brassicani (de quibus postea plura) virorum in laudandis sui ævi melioribus ingeniis non parcorum persuasit. Causa vero sic constituta non potuit non sequi, ut complures & meliores codices furto auferrentur (b) aut perirent.

a) In Notit. Hung. nov. T. III. p. 225.



b) Casparus Urfinus Velius lib. I. de bello Pannonico p. 16. *Præcipuum*, ait in descriptione Urbis & arcis Regiæ Budensis, inter hæc ornamentum Bibliotheca altissimo fornice a Mathia sumptuosissime comparata, ac omnium linguarum libris, præcipue græcis ac latinis selectioribus referta, quam complures Bibliocleptæ postea expilarunt, Rege Vladislao ac filio, ut aliarum rerum negligentibus, ita & conservandæ rei incomparabilis parum studiosis. Tale fatum codicis MS. Græci historiæ Ecclesiasticæ Nicephori Calisti Xantophuli refert Joannes Langus (& ipse quondam in Budensi gymnasio Professor) in dedicatione versionis suæ ad Ferdinandum I. Cæs. Quum ante annos multos ex Budensi regia Bibliotheca, quam Mathias Corvinus Pannonum Rex pulcherrimam græcis & latinis libris lectissimis refertam instituit, surreptus, diu in privati hominis bonis fuisset, & postea per milites Turcicos in miserabili casu & direptione Pannoniæ inter reliquam prædam Constantinopolim deportatus in foro ibidem scrutario venisset, perquam commode accidit, ut a Christiano eoque studioso homine emptus postliminio in eandem Pannoniam sit reversus; ubi tandem in Dominium præclari & eruditi viri Georgii Logi . . . concessit. Omnes, quos legi, hanc codicis nobilissimi surreptionem Turcis adscripserunt, quam tamen stante adhuc & incolumi regno factam fuisse ex Langi dictis luce clarius demonstratur.

IX.

Crediderim vero, me non erraturum, si alterum huic proximum detrimentum adscripsero ipsis Musis alibi, præprimis Viennæ Austriæ renascentibus, quæ, quod in Bibliothecis patriis (a) sua quidem, non tamen desiderio sufficientia deprehenderent alimenta, Budensem hanc omnibus gentibus celeberrimam respexerunt.




runt. Commodum illis accidit, ut in Vladislai Regis aulam varii Academiae suae alumni assumerentur, qui viam aperuerunt, ut Bibliothecam istam spectare primum & perscrutari, dein etiam deflorare aliquantum liceret. Horum e numero praecipui fuerunt Augustinus Moravus (b) & Hieronymus Balbus (c), ille Praepositus Olo-mucensis & Brunensis, iste Praepositus Vacien-sis, inde Albensis, ac demum Pofoniensis, uter-que Vladislao, iste etiam Ludovico Regibus a secretis, donec ad Episcopatum Gurcensem fuisset evectus. Hos laudati Vadianus, Collimitius, Spiegellius, Gremperius, alique amicos hujus consilii ac Patronos invenerunt.

- a) Libet nonnullarum Bibliothecarum seculi XVI. initio per Austriam frequentatarum meminisse, idque in gratitudinis testimonium, quod & nunc studiis meis illas patere voluerint nulla non laude digni Praefecti. De Bibliotheca Fr. Fr. Praedicatorum Viennae Joach. Vadianus in epist. ad Rudolphum Agricolum juniorem an. MDXII. scripsit: *Anno abhinc quarto, cum ego & Petrejus meus Aperbachius magni ingenii & plurimae lectionis homo Bibliothecam Fratrum Praedicatorum Viennae honorum librorum innumera multitudine confertam essemus ingressi, dum Poetas diligentius excutio, incidi in Persii codiculum perquam vetustum &c.* Cuspinianus ex Bibl. ad Scotos Ottonem Frisingensem & Radevicum an. MDXIV. primus edidit. Bibliothecam ad S. Dorotheam a Sigismundo Kuglsberger Praeposito tunc fundatam (an potius, ut insignis codicum MSs. & edi-



tionum veterum multitudo superstes docet, instauratam) fuisse narrat Joann. Basilius Küchelbecker in descriptione urbis Viennensis p. 589. & 721. Præterea Academicas Facultatum Bibliothecas, quo omnibus membris certa conditione aditus aperiatur, tanta copia instructas, ut, cum post tempora in unum corpus coaluissent, adhuc an. MDCCLVI. supra mille codices MSs. numerarentur. Claustroneoburgensi eximium testimonium dedit Bonfinius Dec. IV. lib. V. pag. 466. *Ibi fecundissima scientiarum omnium Bibliotheca, ubi multa ex Italicis urbibus erepta volumina spectantur, quæ antiquitatis autoritate permagni aestimantur.* Benedictus Chelidonium ad Scotos Abbas in editione Bandini ex codice Mellicensi an. MDXIX. curata Sigismundum Abbatem Mellicensem ita alloquitur: *Ad Bibliothecæ tuæ, quam novam construxisti, pervetustis, manuque scriptis codicibus plenam, digressi sumus memoriam &c.* Digna profecto, quam Joann. Eckius Viennensem Universitatem disputandi causa accessurus inviseret. Legendus de ea est eruditissimus Kropfius, cujus nunc in eodem officio successor est Cl. Beda Schuster, vir ad litteraria servitia promptissimus.

- b) Joach. Vadianus Argentorati MDXIII. in 4. edidit Bessarionis Cardinalis orationem de SS. *Eucharistiæ sacramento, & quibus verbis Christi corpus perficiatur*, & ejusdem epistolam ad Græcos, utrumque beneficio Augustini Moravi, qui orationem quidem e pulverulentis Panneniæ Bibliothecis, epistolam vero ex libro sinceræ fidei Bibliothecæ regię Budensis eruerat, recensente Cl. Lambachero in *Bibl. antiq. Civ. Vindobon. T. I. p. 103.*
- c) Georgius Tanstetter Collimitius Matheos & Medicæ artis apud Viennenses Professor Alberti Magni de natura locorum opus Viennæ an. MDXIV. typis dedit, dedicavitque Hieronymo Balbo Vacienti Præposito, ac humanitatem ejus extollit, qua anno præterito ipsum & Vadianum Budæ hospites exceperat. De horum ibidem actis etiam Spiegellius infra referet. X. Am-



X.

Ampliolem autem Musis Viennensibus se in hanc Bibliothecam insinuandi occasionem præbuit illa post plurimorum annorum labores inter Vladislaum Regem & Maximilianum Imperatorem contracta arctior necessitudo, liberorumque illius, ac hujus Nepotum Principum fœdera matrimonialia, quæ dum tractarentur, nihil non a se impetrari permisit Vladislaus, communi fere parentum sorte, qui filiorum commoda procuraturi sæpe cæcutiunt, & quamvis in propriam Domum peccent, parum tamen esse existimant, modo ut liberis aliquid ultra accedat. Usus ventis adeo faventibus, & oblata opportunitate Joann. Cuspinianus Maximiliani in his negotiis orator præcipuus (vigiesies & quater decursu quinque annorum se in Hungariam ex hac ratione missum ipse alicubi *(a)* meminit) præclara illa rarissimaque Philostrati *(b)* Diodori Siculi, Procopii, Joannis Monachi opera *(c)* & alia quædam *(d)* qua dono regio accepta, qua mutuo solum primitus obtenta, in Bibliothecam suam, congregatis undique libris satis divitem, transcripsit. Atque hæc sub Vladislao.


a) In



- a) In diario de congressu Maximiliani Imp. cum tribus Regibus: *quinque enim annis, ut scis, volvo hoc saxum, quibus vigesies & quater in Hungariam orator ivi, atque hæc negotia tractavi.*
- b) *Sunt enim (narrat Jacobus Spiegellius in præfatione ad Jac. Wimphelingi Selestatenfis expurgationem ed. cum Isocrate de regno & aliis Viennæ MDXIV. 4.) in mundo nonnulla, quæ nisi me animus fallit divulgata gratiam inveniunt in studiosorum oculis; & non (ut puto) proletariam. Et imprimis Philostrati Flavii Heroicorum, Iconum, Sophistarum, & epistolarum bracteata, aureaque opera ab Aldo antea græce impressa, nuper jussu Mathiæ Corvini Regis Hungariæ, ut multa alia, traducta per Antonium Bonfinium, virum, ut scriptis apparet, utriusque linguæ admodum eruditum (mentionem hujus trimestris laboris sui facit ipse Bonfinius Dec. IV. lib. VII. p. 499.) reperta vero & indicata a Vadiano nostro amico vultus tectorio nihil simulante, quum cum Georgio Colimatio & Mathematico itidem amico haud protrito, Budæ autumnæ exacto ageret, & illustrem illam (ut mihi retulit) Bibliothecam cursim lustraret, quam & ego his Februis, quamvis obiter, summa tamen cum jucunditate vidi. Philostrato Joan. Cuspinianus vir discretæ prudentiæ jam fruitur, qui eum pulchro Jo. Gremperii accedente ministerio ex Pannonia inferiori Viennam advexit. Superest hic Philostrati codex elegantissimus in Bibliotheca Cæsarea Vindobon. inter histor. profan. LXVI. in quo adhuc Joannis Gremperii manu adscriptum legitestatur Cl. Kollarus (in notis ad Casp. Ursini Velii de bello Pannonico lib. I. p. 16.) Mibi hunc librum dari jussit Serenissima Regia Majestas Hungariæ & Bohemiæ Vladislaus in præsentia D. Wolfgangi Pulsperger, Camerarii intimi & Generosi Stephani de Zintzendorf anno XIII. penultima Decembris.*
- c) *Cuspinianus in Coff. p. 569. (ed. Basileæ apud Oporinum MDLIII. fol.) Nuper, cum Oratorem agerem Cæsaris Maximiliani apud Hungariæ Regem Vladislaum, Diodori Siculi,*

culi, Procopii, & Joannis Monachi historias haec nu. latinitate non donatas & nostris incognitas e tenebris erui, ut Latinos adirent, ac multa, quae nos fugerant, edocerent. Obvenisse autem haec ex ipsa Bibliotheca Regia Budensi alibi instruimur; & de Diodoro quidem eodem in opere p. 160. ipse refert: Sex ego libros Graecos a decimo sexto usque vigesimum reperi Buda in Bibliotheca regia, cum illic Oratorem agerem. De Procopio ibidem p. 528. Buda, dum illic Oratorem Caes. Maximiliani apud Vladislaum Regem agerem, nihil vetustatis Procopium reperi, quem mihi Rex mutuo dedit: in quo cum conferrem cum Latino, multa deesse observavi; tam laer & mancus venit ad manus interpretis: quod & crebro lamentatur. De Joanne Monacho seu Zonara luculentum Maximiliani Imp. habemus testimonium in litteris ad Wilibaldum Pirckheymerum die XX. Augusti an. MDXIV. datis: Dum his superioribus temporibus honorabilis Joannes Cuspinianus Consiliarius noster ageret Oratorem nostrum apud Sereniss. Regem Hungariae Consanguineum & fratrem nostrum charissimum, monuit nos in Bibliotheca regia comperisse Joannem Monachum, auctorem Graecum, quem dicunt egregie scripsisse de Imperio & gestis Graecorum Imp. usque ad tempora Justinii junioris &c. Doctiss. Franciscus Constantinus de Khautz integras has litteras ex Pirckheymeri operibus depromptas inseruit suo tentamini historiae Eruditorum Austriacorum patria lingua edito p. 115. Quantum vero, quo interprete & loco, vivente adhuc Maximiliano ex Diodori & Joannis Monachi libris in lucem prodierit, jam in dissertatione de duobus sermonibus B. Augustini Gauthi primo Zagrabienensis, tum Lucerini Episcopi p. 30. monstravi.

- d) Extat, quem fortuito in Bibl. Caesarea reperi: *Libellus de lapidibus preciosis nuper editus. Viennae Pannoniae MDXI. 4.* Cuspinianus e legatione Viennam redux inseribit hoc Marbodi Redonensis Episcopi poema Augustino Moravo supra memorato. Non vane mihi videor conjicere libel-



bellum istum legationis hujus apud Hungaros fructum fuisse. Atque his similes sunt illæ reliquiæ (si Diis placeat) Bibliothecæ Budensis, quas Cuspinianum Cæsareæ intulisse asserit Lambecius lib. I. comment. Bibl. Cæs. Vindobon. p. 33. Nequierat autem hic multa ex Turcicis spoliis redimere, qui teste marmoreo monumento in templo Cathedrali ad S. Stephanum jam die XIX. Aprilis an. MDXXIX. e vivis abierat, Barbaris eo primum anno Joannis Regis auxiliaribus.

XI.

Neque vero melior lux affulsit, cum Ludovicus filius a morte Patris habenas regni moderandas suscepisset. Ætas tenera primum adhuc sub Tutore acta, educatio remissa, mores tum aulam evertentes nullo modo sinebant, ut Rex hic litterariæ rei penitus cognoscendæ, quantumque ea Reipublicæ necessaria foret, perpendendo operam dignam daret. Unico autem exemplo manifestum fiet, quam indiligenter hæc pars curæ publicæ fuerit administrata. Joannes Alexander Braslicanus Viennensis studii jam alumnus & Juris Professor pro immensa libros nondum editos conquirendi cupiditate varias Germaniæ Bibliothecas percurrebat, angusti tamen hi termini videbantur amplam collectionem meditati. Hungariam igitur, Budensemque regiam Bibliothecam sibi ad-

eun.

eundam (a) delegit, qua visa non tantum obstupuit, sed more etiam aliorum in ejus desiderium vehementer exarsit, adeoque propitia sibi habuit sidera, ut concedente Rege complures tum græcos (b) tum latinos (c) codices abstulerit; ut non mirandum sit, in questus & lamenta eum prorupisse misero thesauri hujus in Turcarum manus lapsu audito, graveque tulisse spem præcisam aliquando iterum videndi (d). Quamquam utcumque id ferre potuisset, cum hujus loco Austriacas perscrutandi indultum (e) obtinuerit a Ferdinando Rege, fatis in his privilegiis largiendis postea quoque liberali (f). Ut ut vero sit, inter direptores plures a Velio (g) & Vadiano (h) accusatos, qui nos latent, non minimum locum meruit Brassicanus.

a) Ipse Brassicanus in cit. ep. *Superioribus annis, cum Wilhelmus ex Eberstein Cæsareus Legatus me sibi comitem adjunxisset Recta Vienna Budam descendimus. Regnum adhuc sartum vidimus. Legatus ibi negotiorum suorum rationem summa cura habuit; mihi vero, ne succisivis horis plane nihil agerem, inspiciendæ isthic Bibliotheca beneficio Serenissimæ ac inculpatissimæ Reginae Mariæ potestas facta est. Quid multis? Inspexi libros omnes.*

b) Ibidem: *Ex munificentiâ atque liberalitate optimi Regis Ludovici quosdam Græcos auctores consecutus sum, nec protritos, nec etiam aspernandos. Fortassis iidem sunt, quos deinde idem velut suos enumerat.*

c) Silet Brassicanus altum de latinis codicibus inde quoque sublati; his tamen eum opes suas litterarias, quibus multum gloriabatur, non minus auxisse certi sumus. Galeoti Martii (refert Michael Neander in praefatione ad Erotemata Græca) libros tres de vulgo incognitis, cum aliquando a Joanne Brassicano, qui eos ex Budensi Bibliotheca, illos quidem Mathia Regi inscriptos, nactus fuerat, excudendos recepisset Oporinus, & quia nullum aliud exemplar extare videbatur, Philippo Becchio optimo atque doctissimo juveni describendos dedisset, priusquam typis committerentur, Itali cujusdam Bibliopola fraude interceptos perisse non semel itaque merito conquestus est. Ne tamen unus aliquis libellum istum fors post hostilem Bibliothecæ hujus direptionem Brassicano obvenisse respondeat, clariorem, cuique nemo refragetur, produco testem volumen membranaceum Cæsar. Bibliothecæ in fol. quo continentur P. Papini Statii Sylvarum libri V. in cujus codicis principio hæc legitur inscriptio: *Liber est Joannis Alexandri Brassicani Philosophi ac Jcti Buda. anno MDLXXV. die VI. Decembris.* Volumen hoc Corvinianis insignibus decoratum recenset Lambecius comm. Bibl. Cæsar. lib. II. cap. VIII. §. CCCXXVI. p. 985. An vero istud ipsum Salviani Massiliensis Presbyteri opus, ex cujus epistola præfixa tam multa in præsentem dissertationem transtuli, ex hac eadem Budensi Bibliotheca prodierit, quanquam id Conradus Rittershusius in epistola dedicatoria operum Salviani ad Ludovicum XIII. Galliarum Regem affirmet, nullo stabilire possum argumento, quod ipse Brassicanus in cit. ep. nullam faciat mentionem; etsi haud procul a vero videatur, cum etiam de aliis latinis codicibus suspectam taciturnitatem observet.

d) Ipse cit. ep. *Quod Cicero de conjuratis dixit: vixerunt, quo jam sublato esse significare voluit; ita recte diximus nos vidisse, quippe qui verear, ne possum ullo unquam tempore videre, aut consequi.*

e) Lit-

- e) Litteras Ferdinandi Regis pro admissione Brassicani ad Bibliothecam Monasterii Mellicensis dat. 13. Octobris an. 1528. exhibet integras P. Philibertus Hueber in Austria ex archivis Mellic. illustrata. p. 167.
- f) Wolfg. Lazius Reipubl. Rom. lib. IX. cap. XI. *Onnes Bibliothecas provinciarum suarum cenobiorum mihi & aliis doctis viris perlustrandis atque inquirendis potestatem & mandatum dedit.* Tametsi adversus bibliocleptas hoc velamine Bibliothecarum adyta rimantes multæ & graves fuerint querelæ. Conf. Nic. Winmanni Syncretism. p. 195. ed. Colonia MDXLI. 4.
- g) V. supra §. VIII. ad not. b.
- b) Vadianus in Epitome trium terræ partium p. 85. (ed. Tiguri MDXXXIV. 8.) *In regia interiori Bibliothecam e græcis, latinisque codicibus magna cura conquistis Mathias Corvinus incomparabilis Ungrorum Princeps adornaverat, quam posteri diripuerunt. Sed & urbs cum arce proximis annis a Turcis capta, dirutaque (ut audio) clarissimis monumentis regie magnificentie spoliata est.* Prioris partis testis *αυτοπτης* est ipse Vadianus, qui ad ann. usque MDXVIII. Viennæ eloquentiæ Professore egit stipendio publico, ipse quoque Bibliothecam hanc invisit atque perscrutatus est, nec minus partem in spoliatione habuit, & diu, postquam hinc demigrasset, cum Viennensibus Professoribus litterarum commercium coluit. Posteriora falsa ex vaga (ut patet) relatione narranti ignoscendum est.

XII.

Successit porro infelix illa periodus, qua Ludovicus temeritate suorum an. MDXXVI. IV. Kal. Septembris in campis Mohacsianis profligatus cum majore Nobilitatis flore misere oc-


cubuit. Eo siquidem tristi eventu, cum totam Hungariam Jaurinum usque immanis barbarorum furor depopulatus fuisset, Buda quoque devastationi involuta Bibliothecæ huic, quantum a direptione suorum adhuc supererat, extrema quæque timenda erant, servata tamen illa fuit cum arce regia, ferarum vivario, & regio stabulo (a) ulterioribus adversis casibus. Neque enim veritati undequaque consentaneum videtur, thesaurum istum a Turcis incensum fuisse, quod nonnulli (b) aut eo tempore direptum, quod complures fama potius quam visu testes (c) asseruere. Non equidem ibo omnino inficias, aliqua damna vel invito Solymano a militibus Turcicis illata fuisse, eorum præsertim codicum splendore rapaces manus alliciente, qui aureis aut argenteis laminis vestiti erant, aliove pretioso inuolucro, ut ipsa scrinia velis purpureis auro intertextis, tegebantur; verum quemadmodum hi adeo copiosi esse non poterant, ita horum spoliatio neque priori sub Regibus Vladislao & Ludovico, ubi rarioribus inhiabatur, neque posteriori militum germanorum, aliorumque, quibus quæcunque præda arridebat, me iudice, erat comparanda. Sed

Tur-



Turcis imputabatur, quidquid mali actum fuerat, sic ferente populari arguendi consuetudine, ut omnia crimina in illos, qui alioquin a similibus infames sunt, transferantur. Cur autem tanta moderatione Solymanus Imperator cum arce regia ceterisque se gesserit, an ut reverfurus locum dignitati suæ congruum reperiret (*d*), an vicissitudine rerum humanarum commotus (*e*), aut, ut verbo suo staret, quo indemnitate arci & incolis spondit (*f*) (cujus quidem fidei nonnulla exempla in Imperatore isto commendantur) nemo facile deciderit. Nullum profecto maleficium a Turcis adversus regiam patratum certo demonstratur, quam quod tres nobiles statuas, Herculis scilicet, Dianæ & Apollinis, quas Jacobus Tragurinus Dalmata insignis statuarius & Architectus ex orichalco fuderat, Constantinopolim avexerint in Hippodromo reponendas.

a) Velius op. cit. lib. VII. p. 136. *Vix inito praelio omnes repente Pannonii sese fugæ mandaverunt; Rex ipse in fuga voragine paludis resupinato equo, dum crepidinem præaltam superare conatur, absorptus interiit. Exin totam Pannoniam Turcarum arma pervagata usque Faurinum ultra citraque flumen Danubium late omnia ferro atque igni vastantium. Tyrannus Buda potitus, urbem ut cætera oppida incendit, arce seu regia conservata. Hujus testimonium, qui sequente anno cum Ferdinando*
Re.



Rege Budam venerat, omnibus aliorum ex incerto rumore relationibus scribentium præhabendum est. Concordat ei Gaspar Ens rer. Hungar. lib. IV. p. 188. Budam omni præsidio nudatam nullo negotio cepit & combussit; arci vero, itaque stabulo regio ac vivario pepercit. Eadem habet Joann. Haug de Freistein in chronico Hungarico germanice edito Viennæ 1534. fol. Ceteri testes huc facientes infra recurrent.

- b) Annales Brassoviæ seu Coronæ Transylvaniae in Ecclesiæ pariete descripti (Tom. I. Scriptor. rer. Hung. Cl. Schwandneri p. 887.) ad an. MDXXVI. *Buda regia urbs diripitur, Bibliotheca Mathiæ Regis incenditur.* Wolfgangus Drechsler lib. I. de reb. Turcicis apud Gualterium ad h. a. *Buda regia urbs direpta & nobilis Bibliotheca Mathiæ Regis succensa.* Et ut prætermittam silentio Henr. Spodanum in continuatione annal. Cæs. Baronii, Anselmum Schrambium in Chron. Mellicensi, aliosque plures recentiores, quorum alter alterum exscribentes nihilo plus autoritatis rei controversæ addunt, novissime Joann. Ferdinandus Müller in Epitome vicissitudinum urbis Budensis p. 53. (ed. Budæ MDCCXLVI. 4.) Solymanus, ait, *ab ea (Buda) ædificiis, regia residentia, & Mathiæ Corvini Bibliotheca prævie incensis abscissit.*
- c) Nicolaus Olahus in Chronico brevi (In apparatu Belli monum. I. p. 39. *Solymanus victor post conflictum ascendens civitatem Budensem cepit, combussit, & arcem integram quidem, sed vacuam reliquit mense Octobri.* Idem clarius in *Hungaria* sua loc. cit. cum retulisset, quæ superius de Bibliothecis Budensibus sparsim inserui, claudit: *quas omnes Turca, capta Buda, partim dilaceravit, partim in alios usus argento detracto dissipavit.* Hanc eandem narrationem, quamvis ceteroquin videatur Olahum verbis exprimere, mitigavit Petrus de Rewa centur. V. de Monarchia & sacra Corona regni Hungariæ (Tom. II. Scriptor. rer. Hung. Cl. Schwandneri p. 688.) *quæ post occisum quidem in Mohacs*
Ludo.



Ludovicum majori ex parte rabie Turcica dilaniata fuit. Admodum vereor, ne Olabus unquam Budam viderit ab illa clade; semper enim Mariæ Reginae adhæsit cum ea extra patriam versatus, & Hungariam suam an. MDXXXVI. Bruxellis scripsit, rumoribus æque ac alii nimium auctis obnoxius. Alter direptionis assertor Brassicanus, cujus fidei tantum tribuerat Morhofius, ut (in Polyhistore lib. I. c. IV. §. 21.) de fama residuorum post Budæ receptionem inventorum librorum dubitaret, ep. cit. ait: Furejurando affirmare ausim, nos hac etiam infelicissima ætate longe plus dispendii accepisse, quam vel cogitatione consequi, vel oratione possit aliquis exprimere: quippe qui Budensem Bibliothecam, quando in rem præsentem ventum est, non semel excusserim, & exacta diligentia inspexerim, & jam infelicissime, nec sine magno Christianorum omnium malo perditam atque deletam esse comperitissimum habeo. Hæc ille, qui tamen sibi non satis constat; cum enim alias (V. supra §. XI. ad not. d.) dixerit, se timere, ne illam possit ullo unquam tempore videre, utique perditam atque deletam non cogitavit. Eo minus ad direptionem stabiliendam juvat Author Partis II. Conspectus historiae Univ. Vien. p. 128. verba actorum facultatis artium (magnæ alioquin auctoritatis, quia synchrona) ad an. MDXXVI. recitans: Turca non contentus hac victoria & fortunam sibi favere præsentens ultro progressus Budam Metropolim cum arce regia 9. Septembris cepit, inestimabilem rerum & divitiarum copiam invenit, majore populi civitatis multitudine partim capta, partim gladio cæsa. Qui quidem Turca, spoliata & exusta civitate, & maxime pulcherrima Corvini Mathiæ Regis Bibliotheca direpta, fabricato per Danubium ponte versus Transylvaniam exercituum duxit. Perlustraveram in alium finem acta ipsa, quod Cl. P. Josephus Walcher, e S. J. Mechanices Professor publicus, vir eruditione & morum candore conspicuus singulari benevolentia indulserat; cursu lectionis perveni in hunc locum ex cit. opere memoriæ meæ alioquin ob res Hungaricas



ricas altius impressum. Verum licet cetera, ut hic de urbe referuntur, haberentur, aberant tamen controversa verba: & maxime pulcherrima Corvini Mathia Regis Bibliotheca direpta; quin acta ne Syllaba quidem Bibliothecae Budensis meminere. Fortassis eruditissimus conspectus Scriptor publico docendi munere oppressus excerptionem actorum alteri delegavit, qui rerum Hungaricarum studiosus isthac textui pro libitu suo inseruerit, ignorante suppositionem authore, cui Germano nulla ratio fuisset hæc adsuendi.

- d) Causam hanc Ibraimus Vezirius Hieronymo Laszkio Joannis Regis legato de Imperatore suo insinuavit: *Quare Dominus tuus non cogitavit videns civitatem Budam exustam, & domum Regis integram, quin brevi ad eam redire statuerit? V. Acta legationis hujus in Belii apparatu momentum. IV. p. 159.*
- e) Joannes Zermegh in commentario rer. gestar. inter Ferdinandum & Joannem Reges lib. I. (Tom. II. Scriptor. rer. Hung. Cl. Schwandneri p. 383.) *Urbem desertam ingreditur, occupat, diripit, incendit; arci soli admiratus ingentem structuram, & ædificiorum pulchritudinem, magnificentiamque, vel reputans secum fortunæ vicissitudinem, quod multorum potentissimorum Regum alumna fuerit, jam tandem in suam potestatem devenisset, idem posse suæ quoque regiae contingere successu temporum, pepercit.*
- f) Cuspinianus in oratione protreptica ad S. R. I. Principes ed. Viennæ per Joannem Singrenium in 4. antequam adhuc Ferdinandus Austrius exercitu in Hungariam ad tuenda jura tua tot pactis nixa movisset: *Priusquam Solomet Turcus Budam intraret, ducenti forte ex pauperibus, quibus fuga non erat concessa ob inopiam, regiam arcem occupabant. Et cum Imperator vellet ingredi, tanto ardore ac impetu tormentorum ingressum ejus arcuerunt (licet annonæ in paucos dies iis sufficeret) ut vitam iis salvam promitteret, si ejus ingressum haud impedirent; quod ratum habuit, quoad occupata arce in folio*

con-

confedit. Tandem suasionibus induxit, ut secum in Turciam proficiscerentur. Paul. Jovius in vitis viror. illustr. de Solymano T. II. p. 455. (ed. Basileæ MDLXVII. 8.) Budam profectus arcem his conditionibus se dedentem, ut & homines & res privatae incolumes servarentur, benigne accepit, ac firmiter conditionibus stetit. Similia Casp. Hedio in chron. ad h. a.

g) Paulus Hönigerus in Solymano (rebus suis ex Broderico de clade Mohacsiana mutuatis) eam Budam sine omni praesidio relictam reperit & combussit, arce sola cum stabulo regio, ac vivario ferarum relicta. Nihil plus ibi ad victorie suae momimentum sustulit, quam aeneas statuas tres ingentes, quae Mathiae bello paceque inclyti Regis fuerant. Eae Byzantii in Hippodromo collocatae hodie visuntur. Laurentius Surius in commentario rer. in orbe gestarum ad an. MDXXXVI. Solimanus Buda occupata arcem invisit, eamque mirifice laudavit, nec quidquam inde abstulit, nisi statuas tres ingentes, quae Mathiae Regis fuerant. Urfinus Velius vir ut omni scientiarum genere apprime eruditus, sic quodcumque librorum damnum gravius, quam rei cuiusvis jacturam laturus, accusata tum Bibliocleptarum infamia, tum Vladislai ac Ludovici Regum postremorum negligentia, Bibliothecam stantem referens (ut supra §. VIII.) Turcarum unicum hoc factum ibidem narrat: ante eam (arcem) area ingens est, cujus in medio signum positum erat Herculis, opus Mathiae Regis cura & impensis conflatum, ac cum quovis opere vetusto conferendum. Id cum aliis signis duobus intra arcem pro foribus locatis Turcae avulserunt, basibus tantummodo marmoreis relictis. Signa autem a Velio non nominata Dianae & Apollinis statuas fuisse discimus ex Michaelis Sigleri lib. I. Chronologiae rer. Hungar. Cap. VI. (in appar. Belli monum. II.) Sethus Calvisius & Petrus de Rewa in comm. de sacra corona regni Hungariae p. 59. perperam has statuas appellarunt columnas. Conf. Zach. Hogelii Buda urbium atque arcium per Europam celeberrima p. 27. ed. Erfurti MDCLXXXVII 4.


XIII.

Quamvis autem Solymanus modicum in hac urbium Hungaricarum Principe moratus cum exercitu e regno decesserit, ea tamen vices suas experiri ultra non desit. Mox enim ingressus Joannes Zapolya ex parte suorum Rex appellatus, quidquid obsequii erat, imperabat, mense Augusto sequentis anni iterum à Ferdinando possessione dejectus. At vero neque isti supra biennium in hac regia sede dominari dabatur, prævalentibus Turcarum armis, & urbem cum arce an. MDXXIX. sub jugum mittentibus; quæ quidem tum Joanni cesserunt, sed ita, ut eodem vix e vivis sublato, ejecta Isabella regia conjuge & filio infante Sigismundo an. MDXLI. a Solymano occuparetur, non alio, quam copioso sanguinis litro redimendæ. Atque tunc Bibliothecæ hujus supremis fati parentandum fuit. Equidem (fatendum enim est) prope extra dubium videtur, illam duorum annorum spatium, quo Ferdinandus urbem ac arcem possedit, multa gravioraque dispendia subiisse tam à viris literatis (a) hujusmodi mercem exoptantibus, quorum in numero si Joannem Fabrum (b) computavero, injuriam me tanto viro non existimabo

mabo, quam a militibus præfidiariis germanis more suo, ut ea ferebat tempestas, æque civi ac hosti infestis. Unde enim jactata librorum spolia, quæ illis annis in Germania doctis emptoribus passim offerebantur? an fortassis Turcis, quorum neminem an. MDXXVII. & XXVIII. viderunt, extorta? an ab istis an. MDXXIX. in Hungariam reportata? Addamus his milites, dum arcem hosti traderent, salva impedimenta raptis rebus certe non vacua pactos, & fere ibimus in sententiam: Barbaros in direptione horum primum codices inter spolia recensuisse (c). Neque mitiora porro sub Zapolyæ decennali imperio Bibliothecæ huic exspectanda fuerant, ob impeditam omnem studiorum curam, bellum pene continuum, iteratam obsidionem, societatem Turcarum, sub quod tempus, Ludovico Gritto regni Hung. gubernatorem agente, Mss. Codices Hebraicos, Syriacosque hinc Venetias (d) translatos fuisse suspicor. Id unum in tristi hac voluminum Corvinianorum dispersione solamen apparet, raptos esse, ut iterum a doctis viris, qui pretium nossent, redimerentur; simul vero ac urbs penitus barbara effecta est, deficientibus æstimatoribus, quod reliquum (e) erat,


aperto interitui proſtabat. Perſeveravit tamen ſua in ſtatione Bibliotheca, neque ea niſi multos poſt annos (*f*) fuit deturbata; forte ubi flammaram periculum imminebat (*g*), aut dum urbs & arx a noſtris exercitibus acriori oppugnatione premerentur.

- a) Huc facit Græcorum librorum, qui à doctis amplius deſiderabantur, ſpoliatio ante alios patrata. V. infra Brenneri relationem.
- b) Inter eos, qui Ferdinandum Regem initio in Hungariam comitati ſunt, Joannes Faber tum Regi a conſiliis & ſecretis, dein Episcopus Viennensis ob propugnatam contra ſectarios cauſam Catholicam notiffimus, eminuit; atque is eſt, qui, Velio teſte, Ferdinando auctor extitit noſocomii militaris Budæ inſtituendi, cui etiam præfeſtus fuit, ſimul Budenſis Præpoſitus creatus, neutro in officio diu duraturus. Hac occaſione Faber libris melioribus colligendis ſemper intentus Bibliothecæ ſuæ alioquin jam ditiffimæ varia adjeciſſe videtur ex Corviniana. Etenim Nicolaus Winmannus in epiſtoja ad Simonem Eckium Episcopi hujus in ſpiritualibus Vicarium (extat impreſſa cum ejuſdem Winmanni Syncretiſmo, Germaniæ) dum Fabrianum litterarium theſaurum extollit, ait: *Cernas ibi & vetuſtiſſimos libros ac præſtantiſſima volumina ex Bibliotheca uſque Regis Pannoniæ Mathiæ allata.* Qui modus loquendi non redemptionem ex ſpolio barbaro, ſed gratuitam acceptionem indicat, ut ex Spiegellii & Cuſpiniani verbis ſ. X. patet. Habetur vero in Bibl. Cæſarea ſuperſtes codex Ms. Græcus S. Joannis Chryſoſtomi de ſacerdotio Corvinianis inſignibus notatus, quem Fabri fuiſſe conſuetæ atteſtatio, qua libros ſuos Collegio ad S. Nicolaum Viennæ à ſe fundato tranſcripſit, præfixa demon-



monstrat, ut docet Lambecius lib. II. com. cap. VIII. §. LXXXI. Idem etiam lib. cit. §. CCXXII. p. 846. recenset similem codicem membranaceum in quarto majori ex Fabriana ad Aug. Cæsaream translatum, quo Aristotelis Politicorum libri octo, Leonardo Aretino interprete continentur.

e) Exemplo sint *Heliodori Aethiopica*. Ea per militem ad se pervenisse asseruit Vincentius Obsopæus, qui opus istud Norimbergensibus senatoribus an. MDXXXIV. dedicavit: *Servatus, ait de libro, ex clade ista Ungarica, qua serenissimi quondam Regis Mathie Corvini Bibliotheca omnium instructissima superioribus annis a barbarie Asiatica vastata est. Hunc cum aliis nonnullis miles quidam plane gregarius ab omnibus tam Græcorum, quam latinorum disciplinis abhorrentissimus, postea tinctorem agens, tunc illustrissimum Principem Casimirum Marchionem Brandeburgensem laudabilis memorie comitatus in Ungariam, sustulit, quia auro exornatus nonnihil splendebat.* Acta illius temporis inspecta produnt, devastationem istam barbarorum merum militis assertum fuisse, quo rapinam suam velare contendebat. Ierat in comitatu Casimiri Marchionis in Hungariam, igitur anno MDXXVII. illo siquidem Marchio hic expeditioni Hungaricæ adfuit, atque in ea mortem oppetivit. Ductum tum fuerat bellum non adversus Turcas, sed adversus Joannem Zapolya, eique adhærentes. Erepta tum fuit Buda non e barbarorum, qui ultro recesserant, sed ex æmuli Regis manibus. Nihil eo anno, imo nec sequenti contra Turcas actum fuit, quin fortassis miles ille ne hominem quidem Mahometanum (sic saltem ferebant circumstantiæ) viderit. Unde ergo codices hos obtinuit? Non certe ex barbarorum spoliis. Quapropter dispersio famosa librorum Corvinianorum per Hungariam postea a diversis redemptorum accidisse videtur, quod milites raptores partim, antequam Patriam repeterent, fatis cesserint, partim oneris impatientes rem raptam mox, ut fieri solet, iterum



iterum vendiderint, nonnunquam vero incurſu partis ad-
verſæ amiſerint. Haud abſimilis mihi eſt opinio de T.
Alexandri Corteſii poemate de laudibus bellicis Mathiæ
Corvini, quod editurus idem Obſopæus (idibus Junii
an. MDXXXI.) ad Sebastianum Hallerum ſic orditur:
*Eſti ſereniſſimus Rex Ungariæ Mathias Corvinus plurima virtutum
ſuarum ornamenta poſteris reliquerit, ut non admodum earundem præ-
conem & teſtem requirat (nam virtus per ſe ſatis clara & æterna eſt)
tamen cum inter alia litterarum egregia monimenta ex illius Biblio-
theca, maxime beneficio illuſtriſſimi Principis Georgii Marchionis
Brandeburgenſis, Principis noſtri clementiſſimi, hujus eximii Poe-
tæ T. Alexandri Corteſii verſiculi in laudem ejus conſcripti &c.*

- d) Richardus Simonius in rebus ſuis numerabat catalogum
manuſcriptorum Hebraicorum & Syro-chaldaicorum co-
dicum Mantua Budaque Venetias aſportatorum. V. Bib-
lioth. Critique T. III. Chap. XXXIV. p. 416.
- e) Martinus Brennerus Biſtricienſis Tranſylvanus in dedi-
catoria epiſtola, qua Aurelii Lippi Brandolini dialogum
de humanæ vitæ conditione & corporis ægritudine tole-
randa ad Mathiam Regem & Beatricem Reginam exara-
tum Nicolao de Gerend Ep. Tranſilvanienſi inſcripſit (ed.
Baſilæ MDXL. 8.) ait: *Mathias, qui, cum tot variis bellis di-
ſtraheretur, doctiſſimos tamen quosque viros, imo quoscumque do-
te aliqua ingenii virtuteque nobilitatos videret, in ſummo honore
habuit, ampliſſimisque præmiis ornavit. Cujus rei præter inſig-
nem Bibliothecam Budæ in regia a ſe ædificata, quam ſelectiſſime
Græcis & latinis auctoribus ex ipſa Aſia, Græcia, Italia unde-
quaque conſiſtitis non ornatiffimam ſolum, ſed etiam copioſiſſime
omni librorum genere inſtructam ſuperioribus annis Aſiatica bar-
baries devaſtavit (me enim ante biennium diligenter eam perlu-
ſtrante, vix ulla priſtini ornatus, ſi unum atque alterum Auto-
rem Græcum excipias, illic extabant veſtigia) teſtes ſunt tot
doctiſſimorum virorum lucubrationes ac volumina ex omnibus orbis
partibus ipſi nominatim dicata & inſcripta. Hæc facies Biblio-
thecæ triennio, priuſquam plene in poteſtatem Turcarum
tranſiret.*

f)

- f) Steph. Gerlachus, qui, ut supra §. I. & II. monui, in comitatu legationis Cæsareæ an. MDLXXIII. regiam istam sedem invisit, eamque misere neglectam queritur, Bibliothecam adhuc a pulchritudine (an ex visu? an ex fama? non indicat) commendat.
- g) Inter codices juridicos, teste Pflugiano catalogo, in reliquiis repertos num. 25. notatur: *Liber Decretorum S. Stephani Regis Ungar. Codex manuscriptus in pergam. Non est integer, sed ex parte igne combustus. in fol. Kevenhüllerus annalium Ferdinandæorum Tom. VI. p. 3075. arcem anteriorem pridie Calendas Junias an. MDCVI. fulmine percussam, magnis acceptis damnis a periculo integræ everfionis haud procul abfuisse memorat.*


XIV.

Altum posthac de residuorum librorum fortuna & situ est silentium autorum, qui eos oculis suis lustrassent; tanta enim sollicitudine interiora regiæ arcis ipsamque Bibliothecam custodiebant Turcæ, ut capitis poena dignum æstimeretur (*a*) illuc ingredi, nec nisi summa cum difficultate inspectio doctarum istarum reliquiarum vel Turcis (ut quidem in vulgus spargebant, quo facilius Christianis petentibus negarent) indulgeretur, sive quod eas (sic opinatur Petrus de Rewa (*b*) magno honore prosequerentur, sive quod prudentiores puderet ignaviam suam orbi patefieri, qua scientias non colerent, cum copiosas adeo suppetias in una hac Bibliotheca,

G

quan-

quantacunque supererat, possiderent. Ea vero librorum copia seculo XVII. ineunte adhuc restabat, ut Cardinalis Pazmanus ad ornandam Strigoniensem Bibliothecam pro redemptione residui hujus thesauri triginta florenorum millia offerre barbaris (c) non dubitarit, si tanto pretio flecti potuisset gens ceteroquin avarissima; cum tamen ipsi interea illum negligentissime haberent, ut tandem vix umbra clari adeo nominis superaverit. Ab hac enim tractatione sequentibus triginta annis, sicut nihil certum de Bibliotheca ista in litteras relatum occurrit, sic certi sumus eam omnino velut scruta & quisquilias ultimas fuisse relictam; nisi fortassis jam Cardinalis illius ætate parum superfuerit; quod fateri sibi probro ducentes barbari pretium ab eo oblatum ficta generositate respuerint. Ne autem nihilominus sparsæ passim reliquiæ (sive illæ deprædatione militum, sive postea stolido Turcarum contemptu fuerint alienatæ) perirent, eas colligendi opera data fuit a compluribus doctis viris, quorum in censu primus locus debetur Joanni Sambuco (d), & Augerio Gislenio Busbequio, qui qua suis, qua imperatoriis impensis plures in libertatem asseruerunt, omnes tandem Bibliothecæ



cæ Augustæ Viennensi illatos. Nec infra dignitatem suam idem facere judicarunt Brandeburgenses Marchiones, & Guelpherbytini Duces, quemadmodum nostris temporibus regius Saxoniae Princeps inter fructus peregrinationis suæ aliquot tales codices in Bibliothecam Dresdensem repositos numeravit.

- a) Joannes Bocatius Consul Cassoviensis in commentatione epistolica de legatione sua ad Stephanum Botskay §. XXI. (in Belii apparatu monum. VII. p. 333.) *Mox in alteram ingredior arcem, & in penitiorem arcem me intromitti peto. Denegatur, sub poena capitis sibi interdictum esse custodes ajunt.*
- b) De Monarchia & sacra corona regni Hung. ed. cit. p. 688. *Sed & hodie reliquæ quædam ibidem visuntur, & diligenter a Janizeris magno honore custodiuntur, difficulterque aliquis vel Turcarum vel Christianorum ad eam collustrandam admittitur.* Ita Rewa sub an. MDCX. scribens.
- c) P. Nicolaus Schmith S. J. de Archiepiscopis Strigon. P. II. 114. ed. Tyrnaviæ MDCCLVIII. 8. At Lomeierus op. cit. p. 157. & post ipsum Julius Pflugius in laudata epistola, aliique referunt Bozmanum (Pazmanum intelligunt) ducenta millia numerum Imperialis monetæ obtulisse, quæ relatio admodum aucta est. Paullus Fabri commentat. cit. p. XVI. ut in pluribus singularis esse cupivit, sic & in hoc multo amplius dixit, scilicet a Pazmano ducenta aureorum millia fuisse promissa; pretium, super quo profundendo vel regius thesaurus deliberaret, & quod integræ Corvinianæ collectioni redimendæ par fuisset. Nescio vero, quod vivendi tempus Pazmano idem Fabri tribuerit, cum hunc primum pro recuperanda ista Bibliotheca conatum, feliciores ipso fuisse Busbequium,




Joannem Fabrum, & Sambucum afferuit. Faber mortuus est an. MDXLI. Sambucus an. MDLXXXIV. Busbequius an. MDXCII. Pazmano an. MDLXX. nato, MDCXVI. ad Archiepiscopatum Strigoniensem promotus, & an. MDCXXXVII. defuncto. Priorum anni apud plerosque Eruditorum biographos obvii sunt, postremi apud cit. Schmithum.

- d) Ex his laudat Lambecius lib. II. comment. p. 126. Codicem Græcum S. Basilii Magni homilias novem in hexameron continentem, & lib. IV. p. 78. alterum Græcum habentem S. Joannis Chrysofomi homilias in Evangelium S. Matthæi a Sambuco redemptos.

XV.

Quo arctius vero restantia fragmenta custodiebantur, eo vehementius accendebatur multorum desiderium ad ea oculis propriis inspicienda. Impetravit demum Lambecius an. MDCLXV. ut Leslæo Cæsareo ad Turcas Legato ipsorum inquirendorum, & si e re foret, redimendorum etiam cura imponeretur; ne autem deesset, qui librorum pretium exactius cognosceret, jussus est ipse Lambecius Budam descendere. Accessu post longas tergiversationes obtento totum quantum in crypta subterranea reconditum, trecentis circiter vel summum quadringentis voluminibus definitum, idque inter pulveres & blattas certans deprehenderunt. Adeo jam defluserat hic The-
faurus.



faurus. Quare intermissa super iis recuperandis tractatione, concessum est Lambecio, ut tres Mss. codices memoriæ causa secum auferret (*a*). Mercurius Batavus referens jussu Imperatoris Turcici Leslæo ex legatione reduci libros residuos Albam Græcam obviam translatos, & ibidem exhibitos fuisse, plures (*b*) fefellit.

a) Iter hoc Budense, situm librorum, inspectionem totam, acceptos codices fuscè describit Lambecius lib. II. com. cap. IX. & ex parte Paulus Taffernerus P. IV. p. 173. Quorum verba Jul. Pflugius epistolæ suæ & Belius Tom. III. Hung. novæ p. 365. inseruerunt.

b) Facilitas hæc relationibus incertis credendi illisit Lomeiro Loc. cit. & Theophilo Spizelio dissert. de Bibliothecis p. 191. Maderus manumissæ Bibliothecæ fama indutus epistolam Brassicani collectioni suæ adjecit.

XVI.

Tandem felicissimum illud temporis punctum advenit, quo an. MDCLXXXVI. recepta post acerrimam obsidionem Buda, quidquid librorum fata iniqua superaverat, ad Cæsaream Vindobon. Bibliothecam transportatum est; quamvis ne tunc quidem, cum proximæ a sylo essent, his reliquiis ita fortunatas esse licuerit, ut prædantium manus cohiberentur. Eorum tamen, qui in censum venerunt, numerabantur

G 3


codi-

codices circiter CCLXXX. quorum catalogum, sicut a Patre S. J. Missionario campestri apud Legionem Salmianam tumultuarie confectus fuerat, dedit (a) Pflugius. Illo inspecto constat græcum unicum, latinos Mss. paulo supra centum, cæteros typis impressos, plurimos male adeo affectos fuisse, ut indigni fuerint, qui ultra conservarentur. Rem studiis litterariis, cum primis Hungaricis, gratissimam fore nemo inficiabitur, si aliquando syllabus eorum librorum, qui multifariam ex hac Bibliotheca dispersi vagantur conderetur. De Cæsarea, ubi plurima horum suppellex est, suo tempore istud sperandum; quamquam enim Lambecius plures nominaverit, & productus a Pflugio elenchus aliquid præstet, illum tamen multos prætermisisse certum est, istum vero plures complecti libros, qui a Corvinianis excludendi (b) sunt, percurrenti satis apertum erit. Guelpherbytanæ tredecim codices idem Pflugius epistolæ suæ adjunxit; alii alibi (c) asservantur, resque inter rariores advenis exhibentur.

a) Accuratioꝛ Pflugio promissus fuerat catalogus, sed, ut fit in mercibus ad nundinas parandis, properata epistolæ editio alterius diligentia rem transmit. Verum alium non factum esse, vel saltem non supereſse mihi asseveravit

vit Cl. Kollarius, exhibito illius e S. J. Patris autogra-
pho, cui Nesselii manu prænotata est sequens inscriptio:
*Reliquia celeberrimæ olim Bibliothecæ Budensis serenissimi Regis
Hungariæ Mathiæ Corvini, sive subitanea & extemporalis con-
signatio librorum manuscriptorum & impressorum, qui post glorio-
sissimam occupationem Budæ in crypta subterranea Palatii Corvi-
niani reperti, & deinde in aulam Imperatoriam Viennensem, se-
quente autem die in Augustissimam Bibliothecam translati fuerunt,
Mens. Octob. A. C. 1686. Ingrati animi nota afficiendus
esset, si tacerem, eundem Cl. Kollarium mihi ea, quæ
in hanc Corvinianam Bibliothecam subsidia adnotaverat,
utenda concessisse.*

- b) Hujusmodi sunt: *Ambrosii Calepini Erem. Aug. Dictiona-
rium, Erasmi Roterodami adagiorum chiliades tres cum tribus cen-
turiis, Lutherus adversus decreta Conciliorum, Pontificumque*
qui utique, ut alios præteream, ætatem Mathiæ Corvi-
ni non attingunt. Forsitan tamen sub postremo Ludovi-
ci II. annos illuc repositi fuerunt, quod editio non si-
gnata temerarium iudicium interdicat. Eo minus vero
hac benigna interpretatione excusare fas est Biblia Hun-
garica impressa in fol. quæ nulli Regum Hungaricorum
attribui possunt, quantumcunque tempus ad Joannis Re-
gis mortem usque extendamus. Si editionis annus in
catalogo adjectus legeretur, ulteriore disputatione vaca-
re liceret. Interim tamen Albertus Molnárus (in præf.
gramm. Hung.) confessus est, se antiquiorem Hungarica
lingua scriptum librum non reperisse Chronico Stephani
Székely ed. Cracoviæ MDLVIII. Mathias Belius (de lit-
teratura Hunno-Scythica p. 66.) Novum Testamentum
MS. a Joanne Sylvestro an. MDXLI exaratum velut an-
tiquius, quod nosset, hujus linguæ monumentum produ-
cit. Quamquam vero uterque paulo altius ascendere po-
tuisset, cum le Long (Tom. I. Bibliothecæ sacre p. 447.
ed. Parisiis MDCCXXIII. fol.) adferat Hungarice editas
epistolas D. Pauli Apostoli Cracoviæ apud Hieronymum
Vieta



Vietorem. MDXXXIII. primam nihilominus Bibliorum integram Hungaricam versionem adornavit Caspar Caroli ineunte sec. XVII. recognovit vero idem Albertus Molnár, quo curante prima in folio editio prodiit Francofurti MDCVIII. Kaldiana in fol. lucem vidit Viennæ MDXXVI. Conf. le Long loc. cit. Czwitinger in specimen Hungariæ litteratæ p. 193. & 194. Igitur Biblia hæc fero admodum ad dictam Bibliothecam accesserunt, aut a Turcis in prædando conquista & illuc rejecta, aut ab alio, in locum commodati alterius codicis, fraude substituta.

c) *Roberti Valturii de re militari libri XII.* MS. fol. membr. codex centum figuris pictus in Bibl. Dresdensi, quem a regio Saxonæ Principe in peregrinatione emptum recenset Götze Tom. I. n. 37. p. 41.

M. T. Ciceronis epistolarum ad familiares libri XVI. MS. membr. 4. Ibidem, eadem fortuna repositum codicem recensente Götze T. I. n. 348. p. 319.

C. Tranqu. Suetonii Cæsares. MS. in Bibl. Berolinensi, de quo Belius T. III. not. Hung. nov. p. 590.

Naldi Naldii Carminum de Bibliotheca Corviniana libri IV. MS. membr. pretiose vestitus codex in Bibl. Thorun. de quo supra.

Baptistæ Guarini libellus de ordine docendi & studendi. MS. in Salana teste Pflugio, & Struvio in introductione ad notit. rei lit. cap. II. §. XVIII.

Petronii fragmentum, quod typo prodiit, aliaque plura in Hungariæ ac Transylvaniæ Bibliothecis latentia.

Magnæ Compositionis Cl. Ptolemæi libri a Georgio Trapezuntio traducti. Codex membranaceus in folio, in prima pagina excellentissimis picturis ornatus, in quibus inter alia conspiciuntur insignia Mathiæ Corvini Regis Hungariæ cum corvo in medio. Ad calcem legitur. *Finit 17. Mart. 1467.* Accedit quadrata figura cœli, cui inscribitur: *Figura*

gura cæli hora institutionis Universitatis Histropolitana anno Domini 1467. in Junio tempore equato II. hor. 20. post meridiem præcise. In Ecclesia Cathedrali Strigoniensi, & erat dies Saturni & finis horæ Martis. Hæc verbis Cl. Lambacheri, ut mihi communicaverat, referre visum est. Adjecta huic codici Bibliothecæ Civ. Vindobon. ut notatu digna sunt propter natalem diem & horam Academiæ Pofonienfis, ita innuunt eum primitus Joannis Strigoniensis Archiepiscopi fuisse.

Missale. In Bibl. PP. Franciscanorum Viennæ ad S. Hieronymum, quod vero proprie ad Bibliothecam Corviniam non pertinet, cum a Mathia Austriae dominante his Patribus affectu, quo alias eos complectebatur, singulari donatum sit. Codex interim eo majoris pretii, quod Regem hunc eleganti penicillo expressum sistat.

XVII.

Exactior horum notitia evadet, si adjungantur codices, quos exploratum est ibidem extitisse, quamvis amplius, supervivantne, aut ubi locorum delitescant, ignoretur (a). Non raro enim præstantissimis codicibus evenit, ut, postquam ad editionem adhibiti fuerint, velut officio suo jam defuncti projiciantur ab imperitis, non advertentibus, fidem majorem laboribus suis adstruendam, si ad codicis adhuc existentis inspectionem provocare lectorem dubium, falsique crimen temere impactum a se avertere possint. Denique ad indicis comple-

H

men-

mentum adponi jus esset libris a diversis aucto-
ribus Mathiæ Regi, Beatrici Reginae, aut Joani
filio (*b*) inscriptis, quos in regia Bibliotheca
locum habuisse, nullum omnino dubium est.
Unum id cavendum foret, ne fortassis mox in
hunc numerum referatur liber aliquis, quod Bu-
da aut ex Hungaria fuerit allatus, siquidem pe-
riculo non careret, ne multi ab ipsis Turcis
longe post occupationem urbis, etiam in usum
suum illuc delati (*c*), monasteriorum quoque
& Collegiorum Cathedralium privatae Bibliothecæ,
qualis erat Strigoniensis (*d*) a Joanne Ar-
chiepiscopo erecta, raptique hinc libri velut
Corvinianæ magnificentiae monumenta habe-
rentur; quod, quam erroneum sit, nemo est,
qui nesciat.


a) I. *Helidori Æthiopica*, de quibus supra §. XIII.

II. *Galeoti Martii libri duo de homine*, uti &

III. *Ejusdem de incognitis vulgo*. De his ipse Galeotus lib.
de dict. & fact. Mathiæ cap. XXIV. *Tunc Rex ait, in-*
strumenta tua sunt, quos edidisti, libri, quibus Bibliotheca no-
stra ornatur. Hoc intelligens Galeotus inivit filio suo Joanni
Martio, ut librum de homine & incognitis vulgo ex regia Biblio-
theca afferret.

IV. *Bessarionis Card. epistola ad Græcos*, de qua supra §. XII.

V. *Vidimus* (ait Brassicanus ep. cit.) *isthic, id, quod syl-*
labo nostro recensere possumus, & oculata fide (atque utinam
hic



hic faltem syllabus superesset, quam multa nossemus) vidimus integrum Hyperidem cum locupletissimis scholiis, librum multis etiam censibus redimendum. Vidimus grandem librum Apostolicorum canonum, opus incomparabile; vidimus Theodoretum Cyrensem in Psalterium integrum. Vidimus Chrysostomi, Athanasii, Cyrilli, Nazianzeni, Basilii Magni, Gregorii Nysseni, Theophanis, Dorothei infinita opera. Vidimus Marcum Monachum, cognomento Anachoritam.

VI. Wilibald. Pirckheimerus nonnulla possidebat, teste epist. CIX. inter hujus opera: Cum nuper inspiciendum mihi obtulisset ex Bibliotheca tua, Bilibalde charissime, Georgius Lentius codicem Epistolarum Basilii & Gregorii, quem cum ob litterarum characteres, tum ob vetustatem vehementer videre cupiebam. Est enim, ut mihi conjecturam facienti visum est, ante ducentos & amplius annos descriptus, inque Bibliothecam Regis Hungariae repositus.

VII. Albobali Arabis Astrologi de judiciis Nativitatum liber, cum pluribus aliis ad astrologiam pertinentibus eodem codice contentis. Ita Joachim. HELLERUS, qui istud Albobali opus primus Norimbergae an. MDXLVI. 4. edidit, in nuncupatoria ad Melanchtonem asseruit: Incidit in manus meas archetypus aliquando commentariorum de rebus caelestibus admirandae vetustatis, olim ex Bibliotheca Mathiae Regis Ungariae, tandem venale ad me delatum. In eo tum alii veterum Astrologorum libelli, tum vero is, qui humili stilo scriptus, & hic primum sub Melanchtonis auspicio prodit Arabicus Astrologus. Recenset J. G. SCHWINDL in Thes. Biblioth. vol. III. p. 274.


b) Cum libri plurimi Mathiae Regi, Beatrici conjugii, Joanni filio ex omnibus orbis partibus fuerint dicati, priusquam numerum eorum, quos cognitos habeo, proponam, duo mihi excipienda sunt opera. Primum Jacobi Philippi Bergomensis Eremitae Augustini. de claris mulieribus Christianis ad Beatricem Hungarum & Bohemorum Reginam. Opus nondum vidi, cum tamen, Gandolfo testante,



Az itt olvasható *Értekezés* már 1766-ban megjelent, ám nem tüntette fel sem a kiadás pontos évszámát, sem a szerző teljes nevét – ez utóbbi tudniillik kezdőbetűkkel jelölte csupán, s ki-kimás- és másféleképp értelmezte. A könyv azonban annyira megtetszett a művelt olvasóknak, hogy már korábban elkapkodták, nagyritkán bukkan fel belőle egy-egy példány, s mindmáig sokan mohón, de reménytelenül igyekeznek megszerezni maguknak. Kívánságukat teljesítendő újból csatasorba kellett állítani az *Értekezést*, s hogy még jobb fogadtatásban részesüljön, most bővül egy, a szerző kézírataiból összeállított *Függelékkel*, amely a témák változatossága miatt bizonyosan jó kikapcsolódást nyújt majd az olvasónak, s tovább gyarapodik Schierünk eddig is népes olvasótáborára.

Azt, amit itt mi *Függeléknek* nevezünk, szerzőnk *Elegyes megjegyzéseknek* hívja, mivel a legkülönfélébb témákat elegyítette bennük, ráadásul semmilyen tárgyalási rendet nem kö-

vetve; itt valami magyar, ott valami német téma bukkan föl, majd valami vallási téma követi őket, majd ismét valami magyar vonatkozású vagy az általános műveltséggel kapcsolatos, ahogyan épp eszébe jut – s e megjegyzéseket az előzetesen megfogalmazott szándéka szerint *nem szabad további szerkesztéssel megzaboláznia, sem pedig magyarázó jegyzetekkel gátolni az olvasásukat*. Mégis tanácsosabbnak tűnt a magyar kiadásban a magyarok, a német kiadásban pedig a németek stb. számára külön-külön bekezdésekre tagolni őket. Az pedig bizonyosan nem kerüli el az olvasó figyelmét, hogy noha igen sok minden megváltozott a szerző 1777-ben bekövetkezett halála óta, ám ebben a kiadásban minden érintetlenül megmaradt.

A könyvben a lap alján hozott jegyzetek egynémelyikének a szerzője Roznák Márton, Xystus Schier atya egykori szerzetestársa és igen közeli barátja, valamint posztumusz műveinek a szerkesztője:² a nyomdához közelebb

¹ ✂ *Dissertatio de Regiae Budensis Bibliothecae Mathiae Corvini ortu, lapsu, interitu et reliquiis*, authore Fr. Xysto Schier Augustiniano, Editio altera, cui accessit Mantissa miscellarum observationum ex mss. eiusdem authoris collecta, Viennae, Sumptu Francisci Josephi Rötzel, 1799.


² ✂ *Reginae Hungariae primae stirpis*, authore R. P. Xysto Schier, Eremita Augustiniano, opus posthumum, ad illustrandam historiam patriam perquam accommodatum, cum vita ejusdem cl. authoris compendio data, et accurata notitia omnium operum ejus tam editorum quam manuscriptorum [a Patre Martino Rosnack O. S. A.], Viennae, Litterae Schulzianiis, 1776.

élve – ő ugyanis lékai magányában rejtőzködik – ezt az *Értekezést* a kéziratai alapján bizonyos vonatkozásokban még pontosabb magyarázó jegyzetekkel tudta volna gyarapítani, ráadásul még elégtételt is adhatott volna neki az őt megtámadni merészlő Wallaszky Pállal szemben,³ s ő maga is említést tett az általa terjesztett, *Schier műveinek jegyzéke* című írásában arról a szándékáról, hogy valamikor elégtételt vegyen. Egyébként pedig az értekezés így, vagyis Roznák megjegyzései nélkül is nagyon értékes mű marad. Éljen boldogul!

3 ✂ Wallaszky Pál (1742–1824), *Tentamen Historiae Litararum sub Rege Gloriosissimo Mathia Corvino de Hunyad in Hungaria*, Lipsiae, ex officina Sommeria, 1769, 80, c jegyzet; 85–88, d, e, h és i jegyzetek; 90, n jegyzet; 91–92, a, g és h jegyzetek.



ADDITIONE M...
BO. AVSTRIE. Q. REGEM: PRINCIPIN
VIC. ANTONII. BOTRADUCTIO. IN
PHILOSTRATVM LEMN. SOPHISTA.
PRAEST. ET I PRIMIS. PFAATIO FOELICIP



NON ENI
bescat ampli
us ipsa poste
ritas benefi
cio tuo Duce
Matthia: post
q̄ opera & vi
tute tua fac
tum est: Ut
cum glorio
sa uetustate
certare iam
audeat: Qd
ceteris preter
missis/ ex bel
lo tantum s̄
alamanni co
ne incaput

ex crescere uideamur planius citendetur. Na
cum profuso Serenitatis tue nomine succen
si in Pannoniam traecissemus: Compluraq;
uolumina Maieftati tue ac Duce Beatrici/ fi
lioq; Ioani fauste indolis adolscenti dedicasse
mus: Dum trans Istrum tua castra sequimur
ea uictorie tue signa & perpetua quidem mo



MARTIN ROSNACK

VITA CL. AUTHORIS (SC. XYSTI SCHIER)
COMPENDIO DATA, ET ACCURATA
NOTITIA OMNIUM OPERUM EJUS,
TAM EDITORUM, QUAM MANUSCRIPTORUM,
VIENNAE, 1776

238
81

REGINÆ
HUNGARIÆ
PRIMÆ STIRPIS.


AUTHORE
R. P. XYSTO SCHIER,
EREMITA AUGUSTINIANO.

Opus Posthumum,
ad illustrandam historiam patriam perquam
accommodatum.

Cum vita ejusdem Cl. Authoris compendio data, &
accurata notitia omnium operum ejus tam editorum
quam manuscriptorum.

a P. Martino Rosnack, O. S. A.

VIENNAE.
Litteris Schulzianis 1776.




Natus est P. Xystus Schier Pruggæ ad Leytham in Austria an. MDCCXXVII, XIX Julii. Quidquid fuit, totum se Ordini Augustiniano, quem postea amplexus est, debere ipse (1) fatetur. Nam sacro fonte (2) ablutus est a P. Godefrido Claa, principia Religionis Christianæ edoctus a P. Jodoco Erhard, linguæ latinæ rudimentis imbutus a P. Leopoldo Wishoffer; qui omnes erant Ordinis no-

A 2

stri

1) In suo opere MS. cui fecit titulum: *Scriptores Provincia Austria & Hungariae &c. memoria posterorum commendati*; in quo opere etiam sui memoriam ingerit Author; quamquam autem verius dicat, quis ipse non fuerit, quam qui omnino fuerit.

2) Pauli nomen in Baptismo obtinuit, Xystum appellavit sacer Ordo. Erat tum P. Godef. Claa Minister Sacrorum (Capellanum vocant) Civitatis Pruggensis.




fri alumni. Tandem eum Ordo in gremium suum recepit Viennæ XXV Aprilis, an. MDCCXLV. Anno autem sequenti XXVI Aprilis votis solemnibus se obstrinxit. Sacerdotio postea initiatus an. MDCCL, XXVII Septembris primum ad aram fecit Pruggæ. Litteris humanioribus informatus erat Pofonii, cujus urbis Musis postea gratitudinem suam quoquo modo testatam voluit edita Com-
mentatione de Academia Istropolitana.

In Religione consuetum Philosophiæ ac Theologiæ stadium decurrebat, quamquam quidem is hisce parum delectaretur studiis; quin verius, ipso fatente, nauseam illi tædiumque generabant, eo etiam vel maxime, quod illa ætate ea esset disciplinas has pertractandi ratio, ut plurimum fierent de re nihili, aut certe nimium longis & implexis protraherentur disputationibus, cum possent paucis absolvi. At vero *historiam* (3) *omnigenam, & studium criticum præcipue amavit, multaque improbo labore, studio assiduo, & continua exercitatione didicit.* Et quidem quod attinet historiam, ad quam versandam felicissima pollebat memoria, cœpit illam jam excolere, cum ex lege Superiorum adhuc Philosophicis ac Theologicis studiis daret operam. Anno MDCCCLV admotus bibliothecæ nostræ Viennensi, munus bibliothecarii usque ad obitum sustinuit, nactus inde uberiores campum sese diffundendi in hocce genere studii.

In hoc officio summa illi cura fuit atque sollicitudo, ut bibliothecam pluribus iisque melioribus instrueret libris, id quod etiam (ut saltem fert tenuitas rerum nostrarum) satis feliciter præstitit; siquidem res nostra libraria sub illo & numero & pretio plurimum accrevit. Non solum autem Superiorum in hunc finem urgebat li-
be-

3) Sunt Authoris verba in MS. laudato.




beralitem, sed ipse quoque subsidia colligebat: atque his, ut plurima mittam alia, comparavit codicem Hebræum membranaceum insolitæ molis, manu perquam diligenti exaratum an. MCCCXLIV, quem solemus offerre videndum, velut aliquid spectatu dignum, exiguas facultates nostras lustrare dignantibus. Veterum quoque nummorum, rerumque naturalium, quæ habentur, inchoatæ collectiones hujus pariter viri sedulitati debentur & industriæ, aliis, quæ adhuc superessent, non commemoratis.

Quam vere autem pronuntiaverit, historiam omnigenam ab se fuisse adamatam, luculenter demonstrant lucubrationes diversissimarum, in quas excurrit, materiarum. Sed & improbo hæc ipsi stetit labore, crebrisque ac multum protractis noctis vigiliis, quisque æquus rerum arbiter facile dijudicabit. Tametsi vero in nulla re historica non fuerit versatus, in iis tamen quæ patriæ suæ sunt, quæve afficiunt Hungariam, longe fuit versatissimus. Sed viri amplam, vastamque rerum cognitionem magis edocebunt opera mox laudanda, quam possint depingere verba. Quamquam multo adhuc plura animo conceperit, suoque tempore etiam in lucem protulisset, nisi præmatura mors eum abstulisset. Porro hac sua eruditione nomen famamque, quamvis ille talia non fuerit aucupatus, consecutus est perquam honorificam nedum apud Litteratos terrarum nostrarum, sed etiam apud exteros. (4) Fuerunt quoque Viri honorati, qui ejus noscendi desiderio acciti ad ipsum invisendum accesserunt.

A 3

Non

4) Nomen Xysti Schier celebratum fuit in novælibus litterariis Viennensibus, Lipsiensibus, Ratisbonensibus, Jenensibus &c. Ejus cum Claris Viris litterarium commercium docet quoque ipsius *Regestrum litterarum*.




Non solum autem se ipsum ita litteris perpolivit, sed etiam suos Consodales ad eas sectandas maximopere animavit. Junioribus nostris compluribus Author fuit & stimulator, ut linguam Gallicam ediscerent, quod essent in hoc idiomate libri omni eruditione referri. Legere veteres characteres & antiquas inscriptiones; codicum dignoscere pretium; quis scriptor has illasve materias copiosius, solidiusque pertractaverit; quid in hoc illove genere ambiguum aut certum; quæ isthoc tempore quæstiones magis utilitate præstarent, quæve usitatiores ac celebriores, ille edocuit, ille ostendit.

Biennio fortassis antequam e vivis eriperetur Societatem quamdam veluti Litterariam conflare cogitavit; provocabat nimirum suos Fratres magis idoneos, ut aliquid litteris ederent, atque in hunc finem etiam sua nomina darent. Ipse vero & materias, quæ essent discutiendæ & eliquandæ, suggestit diversissimas, & leges condidit, quibus foret inhærendum, omnibus sese offerens ad supplicas, quas poterit, ferendas: propter quod solum, ut diutius vitam continuasset, vehementer fuisset optandum. Denique hoc illi plurimum fuit cordi, ut fratribus suis rectum literarum gustum ingereret & amorem, remque Augustinianam redderet illustrem, & orbi utilem. Hunc viri in suam Religionem amorem, & literarum promovendarum zelum Superiores, ut decuit, remuneraturi, eum Baccalaurei gradu condecorarunt; cum hic honoris titulus alias non soleat deferri, nisi illis qui e præcipuis Provinciæ sacris pulpitis in plures annos verbum DEI annuntiasent.

Non solum autem litteris vacabat noster P. Schier, sed pietatem etiam colebat. Et recte quidem, alioquin *scientia sine timore DEI* (5) *quid importat?* Nempe, *infelix homo*, aiebat S. Pater
no-

5) Author libr. de imit. Christi. lib. I. Cap. 2.




noſter Auguſtinus, (6) *qui ſcit omnia, DEUM autem nescit: beatus autem qui ſcit DEUM, etiamſi alia nesciat.* Quæ quoniam non fuerunt ignorata Xyſto, ſtudio utrumque pietatis nimirum & litterarum egregie copulavit, ut ea quæ ſequuntur, non vane demonſtrant.

Verba, actiones, vultus ipſe, quo erat modoſto, pallido, & ad pietatem compoſito, virum loquebantur Religioſum ac DEO dicatum. Nullus illi ſermo dulcior aut jucundior, quam qui de litteris, aut rebus piis duceretur: ac licet alias linguæ foret tardioris, in utroque tamen hoc genere fuit eximie diſertus & facundus. Quæ modoſtiam vel puritatem ſolum eminus læderent verba, non ſolum ipſe non protuliſſe auditus eſt unquam, ſed etiam adverſus eos, qui talia eo præſente auferent, illico inſurgebat, eosque redarguebat; neque facilius ad diſplicitiam aut offenſionem commoveri potuit, quam hujusmodi dictis. Legem ſibi poſuerat, ne, cum ſermo eſſet de abſentibus, ipſorum errata notarentur: & ſi ſocius aliquando in tranſverſum deſlecteret, diſcurſu in alium repente mutato, errantem ocyus revocabat. Procul illi ſermones nugaces & inanes, quos una cum nugatoribus averſabatur. Paucis: in omni ſermone circumſpectione uſus eſt & libella.

E monaſterio non facile pedem efferebat, niſi ad viſitandos ægrotos, aut cum ſtudioſorum negotia id exigent, Caterum cum inter ſæculares comparendum fuit, talem ſe præbuit, ut ejus converſatio cunctis ædificationi eſſet & exemplo. Nullam ille neglexit occaſionem pia ſermonibus inferendi documenta, aut excurrendi etiam in rerum campum ſpiritualium: nimirum ſemper memor ſui ſtatus & ſanctæ profef-

6) Lib. V. Conf. Cap. 4




fessionis, opportuno quovis tempore & loco aliquid illi conveniens proferebat. Familiare habuit suis dicere: *Amenus DEUM nostrum.*

Nullius ille commodi sectator: vestitus illi neglectus & attritus, ut & cætera omnia, quæ illi erant ad necessarium usum: per totam vitam abstemius vinum aliquando solum gustabat: ultimis vitæ annis semel duntaxat per diem corpus reficiebat: lusum omnem vitabat. Nunquam otiosus. In primam, etiam secundam horam noctis vigiliis ducebat, nihil propterea cunctatus mane surgere ad spiritualia charitatis officia aliis exhibenda, aut munia monastica obeunda. Cum aliquando in annua spiritus recollectione secum recogitaret, occupationibus litterariis tam multis, tamque diversis se distineri, indeque conscientia, qua erat timorata, gravaretur, quod rebus sacrationibus tempus non impenderet, Superiorem adiit, rogans, ut hujusmodi labores ex obedientia injungeret; quod cum obtinisset, cœptum cum animi tranquillitate est profecutus.

Sacrificium Missæ, ut par erat, summa devotione & cum adstantium ædificatione offerebat. Moram justam huic gravissimo negotio impendens, omnes etiam syllabas distincte pronuntiabat, voce usus submissa. Vulnerabatur anima ejus, cum videret rem hanc sub cælo maximam obiter ac perfunctorie a quibusdam fieri.

Erga Sanctissimum Corporis Christi Sacramentum vivam gerens fidem, omnem quæ fieri potest, externam internamque reverentiam exhibuit. Atque ut ad id faciendum etiam alios induceret, piam quamdam (quam tamen occultam volebat) confederationem inter juniores fratres instituit, quibus esset obligatio, præsentem Sanctissimo Christi Domini Corpore singularem reverentiam, devotionem, ac fidem exercendi, injuncto exiguo precum penso, ad augendum apud alios quoque debitum ejusdem Sanctissimi Corporis cultum.

Pi.



Pium hoc vinculum apud quosdam devotos fratres etiamnum persistit.

Ob singularem morum puritatem, & vitæ integritatem Magister datus Religiosis nostris tyronibus, eos verbo & exemplo erudit ad vitam monasticis legibus conformem ducendam. Exaravit pro horum institutione opellam singularem inferius laudandam. Ob eandem rationem quamplurimæ animæ, quas ardentius desiderium serviendi DEO accenderat, eum sibi Patrem & Magistrum spirituales adoptarunt, suam ipsi conscientiam dirigendam concedentes. Et profecto nactæ fuerunt in eo Patrem optimum; tanta enim caritate eis serviebat, tantumque temporis illis sacrabat, ut mirum sit, reliquum ipsi suffecisse ad plurima alia, quæ habuit, præstanda. Animas autem tantum quærebat, non aliud; dicere omnino valens cum S. Hieronymo: (7) *Pecuniam cujusquam accepi? Munera vel parva, vel magna non sprevi?* Suo etiam regendi spiritu, quo pollebat optimo, effecit, ut plures ex illis aspirante cœlesti gratia vere insignem DEO famulatum præstiterint. Universim autem neminem ex sacro tribunali dimisit salutari doctrina non instructum, indigne ferens, a nonnullis solum nudam in quosvis proferri absolutionis sententiam. Istitis illud Exodi (8) accommodavit: *Fœtere fecistis odorem nostrum.*


Ex pœnitentium, quos habuit, multitudine natum est quoque alterum, ut videlicet, quique ægri & infirmi ejus præsentiam exposcerent, ab eoque solatium in suis tribulationibus flagitarent: quod quidem ipse ea spiritus alacritate & dilectionis ardore præstabat,

B

bat,

7) Epist. ad Afellam.

8) Cap. V. v. 21.




bat, ut nulla refugiens incommoda sæpe noctu diuque apud hujusmodi afflictos oberraverit, somni quietisque defectu supra modum debilitatus. Atque hæc etiam, qua in proximum ferebatur, caritas ei finem vitæ fecit. Cum enim an. MDCCLXXII febris, ut vocabant, putrida longe lateque grassaretur, & plurimos mortalium absumeret, ille piis obsequiis, quæ hocce malo in privatis ædibus laborantibus exhibuit, non contentus, ad opem sacram ferendam etiam illis, qui magno numero in publico Nosocomio decumbebant, pio zelo animatus se se ultro offerebat. Obtenta ergo a Superiore ad id licentia dum ad locum procederet, in via focio (10) lætus dixit: *Quam nos essemus felices, si fieremus victima caritatis!* Nec desiderio suo sunt frustrati; siquidem febris illa maligna correpti, inde reduces reipsa victima cecidere caritatis, ac focius quidem cecidit XV Martii. Id cum percepisset Xystus, illud identidem ingeminabat: *Dilexerunt se in vita, nec in morte erunt separati.* Itaque eum secutus est XXI die ejusdem Mensis Martii. Digni profecto ambo, qui in Ordinis gloriam, & proximi salutem diutius vitam duxissent.

10) Erat is Cl. P. Charus Kare, SS. Theol. Doctor, & in Cœnobio S. Scripturæ Lector, Xysto ob morum probitatem, & ingenii præstantiam multum dilectus; qui & ipse caritate in proximum succensus huic pio operi exercendo ultro se addebat, annos natus XXXVI.



Elen-



Elenchus Operum

P. Xysti Schier,

I.

Opera edita.


Opera, quæ ipse Author in lucem emiserat,
recensita secundum annorum seriem, quibus
lucem videre cœperunt.

Cum nonnullis adnotationibus, quarum aliquas ipse Cl. Author apposuerat.

1. *Oratio de S. Leopoldo Marchione Austria. Viennæ 1759. fol.*
Erat tum noster P. M. Augustinus Naller Nationis Austria-
cæ Procurator; quod proinde occasionem præbuit Authori scri-
bendi hanc panegyrim.
2. *Epistola ad amicum de antiqua adcuratione Cæsareæ bibliothecæ Vindo-
bonensis. 1763. Phyl.* In hanc epistolam sequentia notat Author
in MS. supra laudato: *Scriptores Provincia Austria & Hunga-
ria &c.* „ Amicus imprimi curaverat, sed animadverso gravi
commisso errore, adhuc suppressioni integræ locus inventus est,
adeo ut vix aliqua exemplaria supersint, „ Error autem in eo erat,
quod vocem *Pucharjt*, deceptus a Cl. Duellio, interpretatus sit
Bibliothecarium, cum tamen significet *Physicum*, seu *Medicum Auli-
cum*, ut ipse Author postea probe animadvertit in suis *Animad-
versionibus criticis* infra referendis, ubi Duellium ad examen vocat.

B 2

3. Com-



3. *Commentatio de primis Vindobonæ Typographis cum variis ad rem litterariam adnotationibus. Viennæ. 1764. 4.* Ad hanc Commentationem postea plura collegit Author, quibus ea amplius illustraretur, & pluribus eruditionibus respergeretur, si denuo typis mandaretur. Cæterum hæc tria prima sunt anonyma.
4. *De duobus sermonibus Augustini, primum Zagrabiensis, dein Lucerini Episcopi a Joanne Tomco vitæ Beati hujus viri insertis, quorum genuinitatem discutit, & examinavit F. X. S. A. Viennæ. 1765. 4.*
5. *Dissertatio de Regiæ Budensis bibliothecæ Mathiæ Corvini ortu, lapsu, interitu, & reliquiis. Viennæ. 4, sine anno, prodiit tamen 1766.* Plurima postea congestit Author pro Dissertatione hac amplianda, magisque illustranda, simulque adversus Paullum Wallaszky se se defendit, qui ipsum in suo *Tentamine Historiæ litterarum* quorundam lapsuum perperam arguit.
6. *De Venerabilis Hildeberti primum Cenomanensis Episcopi, dein Turonensis Archiepiscopi operibus, eorum genuinitate, integritate, editionibus &c. Viennæ. 1767. 4.* „ Author laborem (sunt ipsiusmet Authoris verba in MS. supra indicato) hunc & priorem de Typographis meliores cæteris judicavit. Tria hæc antecedentia solum præfixis litteris F. X. S. A. prodierunt. „
7. *Gregorius Lodomerii Archiepiscopi Strigoniensis sub annum MCCXCVIII defuncti legitimus successor vindicatus & illustratus. Viennæ. 1768. 4.* Præfixum habet Authoris nomen.
8. *Specimen Styriæ literatæ ad subsidia operi perficiendo necessaria impetranda Eruditis Inclytæ Gentis Viris exhibitum. Viennæ. 1769. 4.* „ Præfixa epistola ad Eruditos Styriæ. Quamquam vero plurima sibi sponderit Author, pauca tamen accesserunt subsidia, præter ea, quæ Cl. D. Julius Aquilinus Cæsar misit, & nostri ex
Col-

Collectione Comitis de Wildenstein curarunt,, Hæc omnia ipse
 Author in MS. nuper memorato.

9. *De Maria Porphyrogenita Sponsa, Anna & Maria Conjugibus Re-*
ginis Belæ III. Hungariæ Regis. Viennæ sine anno, impressum ta-
tamen est an. 1770. 4. Subjungit Author: „Opusculum in Regi-
 nis primæ stirpis, DEO dante, continuandum,, Et ecce hic con-
 tinuatum est. Huic & etiam priori Author apposuit nomen
 suum. *Infero quæ hinc toto illo Tentamine hist.*


*ap. Kali-
 woda.*

10. *Beiträge zur Erneuerung des Geistes, und der Gelübde,*
genommen aus dem Beyspiele einiger heiligen Augustiner.
 Grätz. 12. Phyl. sine anno. Anonymum. Impressum 1771.

*Regiman
 Hun*

11. *Sechs geistliche Erwägungen über das Verhalten des heil-*
igen Augustinus gegen sich, gegen den Nächsten, und gegen
Gott. Grätz. 1771. parv. 8. sine nomine. Author quidem
 concinnavit decem considerationes pro decem Dominicis: sed
 nostris Græcensibus, quorum cura opusculum (uti & illud sub
 num. præcedenti) in lucem prodiit, & apud quos veneratio S.
 P. Augustini per sex dies Dominicas tum instituta fuit, visum est
 prætermisiss aliis quatuor solum sex eligere & typis dare. Illa,
 quæ considerationibus superadduntur, alium habent pium Augu-
 stinianum Authorem.






II.

Opera,

Quæ post Authoris obitum
in lucem emissa fuerunt,

Ordine, quo sunt edita, hic relata.

12. *Dicta memorabilia Sanctorum & Beatorum Ordinis Fratrum Eremitarum S. P. Augustini in pium usum Sodalium ejusdem Sacri Instituti collecta. Græcii. 1773. 8.* Qui edidit, his longe plura adjecit, missis aliis, quæ Author collegerat, Clarorum sed tamen non Sanctorum, nec Beatorum Ordinis Virorum dictis.
13. *Buda Sacra sub priscis Regibus. Viennæ. 1774. 4.* Dicata est ab editore Amplissimo Magistratui Budensi occasione cujusdam Theologicae Disputationis. Præfixit quoque editor brevem præfationem, quam comperit non omnibus, quæ venduntur, exemplaribus adjici.
14. *Memoria Academiae Istropolitana, seu Posoniensis, ejusque nonnullorum Professorum ex documentis cœvis confecta. Viennæ. 1774. 4.* Hic editor Professoribus inseruit etiam *Aurelium Brandolinum*, miratus ab Authore fuisse prætermisum, quem tamen etiam extranei Professoribus Istropolitanis adnumerant.
15. *Octava defunctorum, seu devotio brevis pro animabus in Purgatorio satisfaciendis sub invocatione octo Sanctorum & ad exemplum octo Venerabilium, qui ex Ordine Fratrum Eremitarum Sancti Patris Augustini quondam specialiter pro his animabus Deum sunt deprecati. Viennæ. sine anno, est tamen is 1775. 8. Phyl.* Hoc ab alio in Germanicam linguam traductum prodiit eodem anno, & in eadem forma.



16. *Memoria antiquæ Provinciæ Hungariæ Augustinianæ, cui per editorem accessit brevis notitia de Monasteriis Provinciæ modernæ Austriæ & Hungariæ.* Viennæ. 1776. 4. Erat hoc solummodo quædam indigesta rerum collectio, ab editore postea primum in ordinem redacta & composita.

17. *Reginæ Hungariæ primæ stirpis &c.*

Atque hæc quidem posthuma omnia prodierunt cura & studio P. Martini Rosnack, ejusdem cum Authore Augustiniani Instituti alumni, ac tum studii Viennensis M. Regentis, qui huic postremo operi vitam quoque præfixit Authoris, & hanc operum ejus fecit recensionem.

† Hungari



Manuscripta.*

Manuscripta, quæ pertinent ad historiam sacram.


I.

Perfecta aut fere perfecta.

1. *Episcopi Wesprimienses*, historice deducti. fol.
2. *Wienerische Bischöff und Erzbischöffe*, etiam historice descripti.
3. *Suffraganei Passavienses*, itidem sic adumbrati. fol.
4. *Versuch einer Geschichte der Kirchen, geistlichen Hirten, Gebräuchen und des Religionsstandes zu Wien.*
5. *Viennenses Ecclesiæ & Capellæ, quæ perierunt.* Recenset harum 17, & de quibusdam satis copiose differit.
6. *Historiæ Monasterii Canonorum Reg. ad S. Dorotheam sæculum primum.* Refert historice viginti & unum primos ejus Præpositos. 4.
7. *Brevis notitia extinctæ Canonice Regularis ad S. Udalricum Neostadii, ejusque Præpositorum, ex documentis authenticis confecta.* 4.
8. *De fati Monasterii ad S. Nicolaum. Viennæ.* 4.
9. *Faviana a S. Severino Noricorum Apostolo irritato conatu Viennæ Austriæ quæsitæ. Ubi simul de Favianensis Episcopatus sede, & dubia Eugenii Papæ II. ad Yrolphum Laureacensem epistola.* 4.
10. *De Brunonis I. Misnensis Episcopi ætate, & serie Episcoporum sedis bujus emendanda.* 4.
11. *Chronographica Sacra ab an. 1754. usque 1800.*

II.

* Demptis tribus, quæ hic indicantur esse in aliorum manibus, omnia asservantur in nostra bibliotheca Viennensi; unum solum vel alterum parvi momenti evanuit.



II.

In eadem historia sacra
Series integræ variarum successuum.


12. *Officiales Viennenses.*
13. *Sacri Curiones Viennenses ad S. Stephanum, cum supplemento ad eos, qui desiderantur in P. Fischer.*
14. *Sacri Curiones Aulae Viennensis ab an. 1298. usque ad nostra tempora.*
15. *Episcopi Faurinenses secundum seriem Chronologicam.*
16. *Episcopi Zagrabienses juxta eandem seriem Chronologicam relati.*
17. *Episcopi Bosnenses hac pariter methodo recensiti.*
18. *Series Præpositorum Ardacensium.*
19. *Præpositi Zweilenses. Horum tantum decem nominat.*

III.

Collectanea in genere rerum sacrarum.

20. *Supplementum ad Concilia Hungarica a Péterffy prætermis-
sa. Hanc Collectionem ipse Author Illustrissimo ac Reverendissimo D. Ignatio e Comitibus de Batthyán, Abbati S. Georgii de Ják, Cathed. Ecclesie Agriensis Cantori & Canonico obtulit, cum percepisset ipsum in eodem versari argumento. Eidem Illmo ac Rdmo D. Comiti postea etiam cessimus Episcopos Bosnenses supra indicatos.*
21. *Concilia ficta, aut quæ de conscriptione admodum suspecta sunt.*
22. *Concessiones Apostolicæ Fratibus Hospitalariis in Regno Hungariæ factæ. Est Collectio Brevium Pontificiorum, quæ in favorem eorum emanarunt.*
23. *De erroneo cultu XXIV Seniorum in Superiori Styria & Carinthia*
C sub

Eggo Franfil



sub an. MCCCCXX. Cum officio eorum, quod Author descripsit ex Codice MS. Millstattenfi membr. qui præfert characterem seculi XV ineuntis.


24. *Sententiæ Doctorum Universitatis Viennensis de dolore in Sacramento Pœnitentiæ requisito.*
25. *Index generalis in Bullarium Romanum. Incipit a S. Leone I. & progreditur usque ad Innocentium III.*
26. *Dissertatio epistolaris de Litteris Confraternitatum, seu Filiationum, ad amicum Augustinianum.*
27. *De nonnullarum Deiparæ imaginum & statuarum origine.*
28. *De Canonica Schrattenthalensi.*

IV.

Ascetica.

29. *Weltliches Klosterleben; das ist, kurzer Begriff einiger Lehren, welche eine gottseitige Jungfrau halten soll außer dem Kloster. 8.*
30. *Kurze Beschreibung des Lebens, und der Tugenden Theophilâ einer Jungfrau, die Gott allein, und in allen gesucht hat. 4. Ea est Maria Anna Schefflerin, cui fuerat a confessionibus. Ita ipse Author in MS. alias laudato.*
31. *Andacht auf die 40. Tage von dem Geburtsfeste unsers Herrn Jesu Christi bis auf das Fest der Reinigung der allerseeligsten Jungfrau, und Mutter Gottes Maria. 8.*





Manuscripta, quæ non sunt de genere rerum sacrarum.


I.

Historica, critica, eaque ut plurimum perfecta;
item quædam excerpta.


1. *Furii Dionysii Filocali Calendarium antiquum Romanum sub an. CCCLIV. scriptum, ad primam editionem vix cuiquam notam castigatum & notis illustratum.* 4.
2. *Calendarium mediæ ævi, præcipue Germanicum, post Christiani Gottlob Haltausii operam castigatum, & notis illustratum, Hujus edendi curam suscepit Perillustr. D. J. Georgius de Schwandner, ab agendis causis ad Dicastria Aulica Viennensis: expectaturque indies in lucem edendum opera cujusdam Eruditi Lipsiensis, impensis Jo. Frid. Jahnii, Bibliopolæ ibidem.*
3. *Scriptores Universitatis Viennensis.* fol. Est hoc præcipuum Authoris opus, cui elucubrando potissimam eamque plurium annorum impendit operam, cum alia solum velut per occasionem perfecit. Desinit opus cum fine prioris sæculi; exinde autem solum nomina refert Clarissimorum, qui nostro floruerunt florentique sæculo, Scriptorum. Efficiet, cum in lucem proferetur, justæ magnitudinis tomum in fol. Præfixit sibi Author methodum, quam servat Jac. Echard in Scriptoribus Ord. Præd.
4. *Abhandlung von der ehemaligen gelehrten Gesellschaft an dem Donauströme, und einigen Mitgliedern.* 4.
5. *Historia obsessæ & captæ Urbis Viennensis per Mathiam Corvinum Hungariæ Regem an. 1485. Ex actis Facultatum Theologicæ, Artium & Medicæ Universitatis Viennensis excerpta.* 4.
6. *Vienna Dei benignitate, & Principum sollicitudine sana & incolumis a*

impres.

Caj. Bibl. Custos.



- contagionibus, quibus olim continuo affligebatur. 4. Auctor contagiosos morbos juxta temporum seriem refert ipsis auctorum verbis, quibus illos consignarunt, idque majorem partem ex actis Facultatum & Nationum Universitatis Viennensis.
7. Epitaphia nonnulla antiquiora Vindobonensia partim ex lapidibus descripta, partim ex MSS aut aliunde restituta, observationibus illustrata. 4.
8. Inscriptiones sparsim typis expressæ, aut æri lapidibusve incisæ, variæ ætatis, cum animadversionibus. 8.
9. Chartularium Xystinum, seu collectio variorum Diplomatum, Litterarum fundationalium, Privilegiorum, & testimoniorum ex autographis, aut antiquis apographis. 4.
10. Miscellanea curiosa, critica, historica, moralia, aliaque. 8.
11. Dissertatio de Nicolao Dünklspühlano. 4.
12. Otium Poeticum, seu lusus varii Poetici diversis temporibus & occasionibus producti. 8.
13. Chronographica Poetica ab an. 1755. usque ad an. 1800.
14. Actorum Facultatis Theologicæ ab an. 1396. usque 1549. libri tres ex autographis descripti, in ordinem digesti, serie Doctorum & Decanorum &c. illustrati. fol. Sunt apud Facult. Theol. Viennensem.
15. Excerpta Actorum Facultatis Theologicæ Viennensis, Decano Theophilo Paulle Eremita Augustiniano, concernentia tres sermones typis impressos R. D. Andreae Kravogl. 1724. 4.
16. Series Theologicæ Doctorum Viennensium ab erecta Facultate usque ad an. 1769.
17. Series Decanorum Theolog. Facultat. Vennens. usque ad nostra tempora. Auctor utramque seriem contexit ex Actis Sacræ Facultatis. Cum autem subinde Clarissimum quoddam ac Nobilissimum membrum hujus Sacræ Facultatis alios præterea Doctores & Decanos, quorum notitiam se aliunde consecutum putabat, inseruisset, & Matriculæ præfixisset, Auctor hunc syllabum superadditum emendavit.



18. *Excerpta ex actis Facult. Medicæ Viennensis ab an. 1436. usque 1725. Sunt hæc in diversas chartas relata.*
19. *Syllabus Medicinæ Doctorum ab an. 1558. usque 1725.*
20. *Excerpta ex actis Facult. Artium Univ. Vien. ab an. 1390. usque 1498.*
21. *Series Decanorum hujus Facult. ab an. 1385. usque 1723.*
22. *Syllabus Magistrorum Artium ab an. 1387. usque 1728.*
23. *Anonymi Continuatio Chronici Godefridi Viterbiensis a morte Henrici VI. Rom. Imp. seu ab an. Chr. 1197, usque ad ann. 1313. Ex codice MS.*
24. *Excerpta ex actis Nationis Saxonicæ Univ. Vien. ab an. 1501. usque 1589.*
25. *Series Procuratorum Nationis Hungaricæ in Univ. Vien. ab an. 1453 usque 1629, & ab an. 1655 usque 1694.*
26. *Supplementum ad jam editos Nationis Austriacæ Procuratores.*





II.

Collectanea, syllabi, notæ quædam
 Criticæ &c. in hocce genere.


27. *Collectanea ad Aulam doctam Mathiæ Corvini Hungariæ Regis.*
28. *Collectanea in historicam Austriæ inferioris Topographiam.*
29. *Collectanea in Acta Universitatis Viennensis potissimum Facultatis Theologicæ.*
30. *Collectanea de operibus, quæ inedita putabantur, cum tamen jam pridem lucem viderint.*
31. *Fronaueri Nobiles Austriæ ab an. 1271. usque 1510. ex authenticis fontibus deducti.*
32. *Familia Comitum de Vegla, Modruss, Segniæ de Frangipanibus.*
33. *Syllabus Authorum, qui opera sua aut præfationes a vocibus his: COGITANTI MIHI exorsi sunt. Recenset talia LXX.*
34. *Syllabus Authorum Anonymorum & Pseudoanonymorum.*
35. *Syllabus operum aut editionum, quæ nunquam integre prodierunt.*
36. *Typographi antiquiores, seu libri seculo XV. lingua Germanica impressi, exhibitis eorum titulis, nomine Typographi, & loco ac anno impressionis.*
37. *Continuatio Typographorum Viennensium usque ad nostram ætatem, demonstrata in nonnullis eorum operibus impressis.*
38. *Consules Viennenses. Superant hi numero eos, quos recenset P. Fischer.*
39. *Nonnulli Scriptores Carintii. Quidam Eruditi Carnioli. Aliqui Præfecti monetæ Viennenses.*
40. *De Maria Rege, an Regina? Ostendit Author litem a Beliondum diremptam.*
41. *De tempore & occasione, qua Leodienses (de quibus Nic. Olabus Hunga-*



III.


Rariora, quæ collegit, descripsit, cum
aliis contulit &c. Catalogi, &
Indices varii.

50. *Singularia ex Regesto litterarum ad Universitatem Viennensem datarum, & quas vicissim Universitas hæc ad alias Illustres personas dedit. Incipit ab an. 1424. & progreditur usque ad an. 1470. & amplius.*
51. *Litteræ Ernesti Ducis Austriæ ad Joannem XXII. Pontificem in causa rotuli pro Universitate Viennensi cum aliis litteris in favorem Universitatis.*
52. *Statuta varia Universitatis Viennensis ex libro M. Nicolai Renner, qui liber est inter res Facultatis Artium, continetque longe plura iis, quæ in hoc genere jam sunt impressa. Incipit ab an. 1554, & ascendit ultra an. 1578.*
53. *Varia Missæ ex Codice MS. bibliothecæ Capituli Posoniensis sæc. XIII. Inter has sunt: Missa S. Joseph Patriarchæ; Missa Patriarcharum Abraham, Isaac, & Jacob &c.*
54. *Necrologium Canonorum Reg. S. Augustini ad S. Dorotheam Viennæ Austriæ, coeptum cum ipso Monasterio, & continuatum usque ad medium sæculi prioris, ex membrana descriptum. Defunt tamen duo ultimi menses.*
55. *Planctus lugubris M. de Peuerbach super morte M. Reinperti.*
56. *Martyrologium Ufuârdi, seu Codicis Sandorotheani membranæci variantes ad editionem Hagiographorum Antverpiensium lectiones.*
57. *Variantes lectiones Synodi Laurentianæ.*



58. *Variantes lectiones ad litteras Ferdinandi, quæ habentur in Mitterdorferi conspectu hist. Univ. Vien. P. II. pag. 120. Ex ipsis actis autographis.*
59. *Appendix ad Chronicon Norimbergense eorum, quæ in Codice MSS. bibliothecæ nostræ Viennensis non habentur.*
60. *Catalogus bibliothecæ Zwetlensis, cum notitia eorum, quæ in eadem bibliotheca dispersa reperiuntur.*
61. *Catalogus MSS. Codicum, qui ex bibliotheca Academica an. 1756. ad Cæsaream translati sunt.*
62. *Indiculus Diplomatarii Hungarici vagi inter externos, cum exhibitis variis erroribus in Diplomatis diversis, quæ hætenus producta fuerunt, occurrentibus.*
63. *Indiculus Diplomatum Rudolphi I, ex quibus præter alia ratio suorum itinerum confici posset.*
64. *Index nonnullorum Codicum MSS. bibliothecæ Claustroneoburgensis.*
65. *Index in librum II. Dissertationum Academicarum, cum iis quæ habentur in nostra bibliotheca Viennensi. Sunt hæ Dissertationes, quæ cum reformatione Universitatis Viennensis cœperunt, dum nimirum quovis mense duo ex Doctoribus Viennæ degentibus super materia a Directore assignata in consessu cæterorum Doctorum differerent, quæ Dissertationes postea libro alicui inscribebantur. Itaque pars una harum Dissertationum descripta est apud nos, in partem alteram est a Xysto index confectus.*
66. *Index MSS. Codicum bibliothecæ nostræ Viennensis. fol. Est is ab Authore summa industria, accuratione, & eruditione confectus.*






Manuscripta, quæ afficiunt Augustinianum Ordinem.

I.

Historica generalia, seu quæ afficiunt
totum Ordinem, eaque
perfecta.


-
1. *Disquisitio super nomenclatura varia EREMITÆ, ORDINIS S. AUGUSTINI, AUGUSTINENSIS, aut AUGUSTINIANI tribui solita Fratibus Ordinis Eremitarum S. Augustini, cum nonnullis in historiam eorundem criticis animadversionibus.* 4.
 2. *Quatuor - Virum Eremitarum Augustinianorum circa Martyrologiorum augmentum & puritatem opera.* 4.
 3. *Conatus Historico - Criticus ad Officia & festa propria Ord. Fratrum Erem. S. P. Augustini.* Illustrantur simul varia ad Ordinis historiam & ritus pertinentia. 4.
 4. *Adnotationes in Dominici Antonii Gandolfi Dissertationem de ducentis Augustinianis Scriptoribus.* 4. Addit Author „Olim P. Ossingero missæ,




sæ, & sæpe exscriptæ ab eo, ut conferenti patebit,, Sunt hæc adnotationes multa eruditione refertæ.

Collectanea in hoc genere.

5. *Collectanea in historiam Universi Ordinis Augustiniani.*
6. *Libri exterorum, qui cura Augustinianorum, aut ex eorum bibliothecis prodierunt.*





II.


Historica particularia perfecta, dempto ultimo.

7. *Scriptores Provinciae Austriae & Hungariae, seu omnes illi, qui aliquid, quidquid id fuerit, sive proprium, sive alienum ediderunt, aut manuscripta reliquerunt, memoriae posterorum commendati.* 4.
8. *Memoriae SS. Theologiae Doctorum Academiae Viennensis, aliarumque Almae Provinciae Austriae & Hungariae Ord. Erem. S. P. Augustini.* 4.
9. *Historia succincta Cathedrae Theologiae Moralis ejusque Professorum ab an. 1622. usque ad an. 1769.* 4.
10. *Memoria Antiquo-Nova Virorum Illustrium Provinciae Austriae Ord. FF. Erem. S. P. Augustini.* 4.
11. *Chronicon Conventus Pruggensis Ord. Erem. S. P. Augustini ad S. M. Magdalenam, insertis Diplomatum ab an. 1316. usque 1646. fol.*
12. *De Monasterio olim nostro Vratislaviensi ad S. Dorotheam.* 4.
13. *Notulae breves in Necrologium Confratrum Ord. Erem. S. P. Augustini Provinciae Austriae & Hungariae, ex tabulis emortualibus, aliisque documentis confectae.* 4.
14. *Collectanea in historiam Augustinianam Provinciae Austriae & Hungariae.*

Quae ad Ascesim Augustinianam pertinent. Perfecta.

15. *Speculum Augustinianae Conversationis in Augustinianorum singularibus virtutum actibus exhibitum.* 4.

Qua-




16. *Quadragesima Sancta Augustiniana, seu quadraginta sex Sancti, & Venerabiles totidem ex Ordine Eremitico S. P. Augustini, qui in cultu passi Domini specialiter præluxerunt.* 8. Ad hanc opellam in MS. sæpe laudato addit Author „Nihil in ea magis desideres, atque rectiorem crifim „ Nec mirum; nam scripserat adhuc an. 1752.
17. *Brevis Institutio Tyronis Augustiniani Provinciae Austriae & Hungariae quoad ea maxime, quæ exteriorem hominem afficiunt, ex SS. Patrum & Ascetarum regulis potissimum scripta.* 4. In MS. apponit Author „Multa hic fuerunt danda temporis.
18. *Sermones ad Novitios Viennenses.* 4.
19. *Cultus Menstruus practicus B. V. MARIÆ, cum Litaniis ex titulis Deiparæ eidem a S. Thoma Villanovano datis.* 8.
20. *Hyperdulia Augustiniana Provinciae Austriae & Hungariae.* 8. Est enerratio Imaginum Marianarum, quæ per Provinciam nostram peculiarem habent, vel habere merentur cultum, referturque earum origo, antiquitas, cultus progressus &c.

Imperfecta, & collectanea.

21. *Beschauliche Stücke aus dem Leben des H. Augustinus, einiger Lehrjünger, und Mitglieder seines Ordens, nach Ordnung der Tage, als von ihnen die Tagzeiten gebethet werden.* 4. Progressus est usque ad B. Claram, cujus festum agitur XVIII. Aug. Reliquit tamen schedas etiam pro reliquis festis, ex quibus rem jam perfecit quidam Augustiniani nominis Zelator insignis, & P. Xysti cultor specialis, ac fortassis opusculum brevi in lucem proferetur.

Ere-




22. *Eremitæ Augustiniani Mariopoli.* Recenset eorum CXLII, enarrans breviter, quo in genere probaverint suum singularem erga B. V. MARIAM cultum.

23. *Elogia B. V. MARIÆ attributa a S. P. Augustino, S. Thoma Archiepiscopo Valentino, aliisque claris Ordinis nostri Viris, quæ in meditationis materiam assumuntur in singulos mensium dies.* Definit jam in XXIV. Febr.

24. *Virtutes gesta que singularia quorundam Augustinianorum Provinciae Austriæ & Hungariae.*

138.



MARTIN ROSNACK

UGYANEZEN JELES SZERZŐ ÉLETÉNEK
RÖVID ÖSSZEFOGLALÁSA MINDEN KIADOTT
ÉS KÉZIRATOS MŰVÉNEK PONTOS JEGYZÉKÉVEL,
BÉCS, 1776

A tisztelendő Xystus Schier atya, ágostonos remete tollából
Posztumusz kiadás, az ország történetének megvilágítására felettebb alkalmas

Ugyanezen jeles szerző életének rövid összefoglalása minden kiadott
és kéziratoss művének pontos jegyzékével¹

Bécsben, Georgius Ludovicus Schulzius betűivel, 1776*

* A kötetből csak Schier életrajzát és műveinek jegyzékét közöljük. Kiadásunkban Schier eredeti jegyzeteinek fordítását az ő szakirodalmi utalásaival együtt ✠ jellel zárjuk. Az azt követő szövegrész a jegyzetekben már a mostani kiadók megjegyzése, javítása vagy pontosítása. A [...] megjegyzések a fordító értelmezései. Amennyiben egy lábjegyzet ✠ jellel kezdődik, az a mostani kiadók jegyzete.

¹ ✠ Xystus Paulus Schier, *Reginae Hungariae primae stirpis, authore R. P. Xysto Schier, Eremita Augustiniano, opus posthumum, ad illustrandam historiam patriam perquam accommodatum, cum vita ejusdem cl. authoris compendio data, et accurata notitia omnium operum ejus tam editorum quam manuscriptorum* [a Patre Martino Rosnack O. S. A.], Viennae, Litterae Schulzianis, 1776.

Xystus Schier atya az ausztriai Lajtabruckban² született 1727. július 19-én. Ami csak volt, azt – mint ő maga vallja³ – teljes egészében az ágostonos rendnek köszönhette, melybe később be is lépett. Ugyanis Gottfried Claa atya keresztelte,⁴ a keresztény vallás alapvetéseit Jodok Erhard atyától tanulta meg, a latin nyelv alapjait pedig Leopold Wishoffer atyától sajátította el, akik mind a mi szerzetesrendünk tagjai voltak. A rend végül Bécsben, 1745. április 25-én fogadta a kebelére. A következő évben pedig, április 26-án, letette az ünnepélyes fogadalmakat. Később a papi rendbe is beavatást nyert, első miséjét 1750. szeptember 27-én celebrálta Lajtabruckban. A humaniórákat Pozsonyban tanulta meg, később e város műzsáinak az *Értekezés a Pozsonyi Akadémiáról* címen⁵ kiadott munkájában igyekezett leróni halálját.

A rendben szokásos módon a filozófia és a teológia porondján is küzdött, bár ezen tanulmányokban kevésbé lelte örömét. Sőt valójában – saját bevallása szerint – visszatetszést és unalmat keltettek benne, annál is inkább, mert abban az időben olyan rendszer szerint foglalkoztak ezekkel a tudományokkal, hogy a legtöbbször semmit érő dolgokról szóltak, illetve túlságosan hosszadalmas és bonyolult fejtegetésekkel a végtelenségig nyújtották őket, mikor azt néhány szóval is meg lehetett volna oldani. Ellenben „kiváltképp szeretett mindenféle történelmet és a kritika tudományát, s azokat folytonos munkával, állandó igyekezettel és szüntelen gyakorlással tanulta”.⁶ És bizony, ami a történelmet illeti (amelynek a műveléséhez kiváló emlékezőtehetséggel rendelkezett), már akkor elkezdett vele foglalkozni, amikor az előjárók parancsa szerint még filozófiai és teológiai

tanulmányokat folytatott. 1755-ben áthelyezték a bécsi könyvtárunkba,⁷ ahol egészen haláláig ellátta a könyvtárosi tiszteletet, és itt még szélesebb teret nyert rá, hogy a tudomány e nemében kiterjessze tevékenységét.

Ezen tisztében a legnagyobb gondot és tördést arra fordította, hogy a könyvtárat minél több és jobb könyvvel lássa el; s ezt (legalábbis amennyire szerény vagyoni helyzetünk engedte) elég szerencsésen meg is valósította, ugyanis könyvtári állományunk őalatta mind számban, mind értékben igen sokat gyarapodott. Nemcsak a feljebbvalói adakozókedvére próbált hatni ilyen céllal, hanem maga is gyűjtött támogatást. Ezek segítségével szerzett meg – hogy számos más dolgot ne is említsek – egy szokatlanul nagy, gondos kézzel írt, 1344-es héber pergamenkódeket, amelyet mint látnivalót szoktunk bemutatni azoknak, akik szerény kincseinket megtekintésre méltatják. Szintén ezen férfiú szorgalmának és igyekezetének tudható be az általunk birtokolt régi pénzermék és természetes dolgok gyűjteményének megalapítása, nem is említve azt a sok egyebet, amelyek még mindig megvannak.

Hogy mennyire igazat mondott azt állítván, hogy a történelem minden nemét nagyon szeretete, azt bőségesen bizonyítják az általa tárgyalt legkülönbözőbb témákról szóló értekezései. De bármilyen igazságosan ítélő ember könnyen beláthatja, hogy ez milyen kemény munkába, gyakran késő éjszakába nyúló virrasztásokba került neki. Bár tényleg minden történelmi témában járatos volt, de messze azokhoz értett a legjobban, amelyek a hazájához tartoztak, vagy amelyek Magyarországra vonatkoztak. De ennek a férfinak a széles körű és kiterjedt tárgyi ismereteit sokkal jobban bemutatják a később

2 ✠ Bruck an der Leitha, Österreich, Burgenland. Schier életének és műveinek monografikus feldolgozása: Miksch 1969. Apróbb adatokkal kiegészítette Rennhofer 1970.

3 Kézírtos művében, aminek a következő címet adta: *Az ausztriai, magyarországi stb. tartományoknak az utókor emlékezetébe ajánlott írói*. Ebbe a munkába a saját emlékezetét is beleszótta a szerző, bár igazából inkább azt mondja el, hogy ki nem volt, mint hogy ki volt.

4 A kereszttségben a Paulus nevet kapta, Xystusnak a rend hívta; Godefridus Claa akkor Lajtabruck városában a szent cselekmények végzője volt, akit káplánnak neveznek.

5 ✠ *Memoria Academiae Istropolitanae, seu Poseniensis, ejusque nonnullorum Professorum ex documentis coaevis confecta* – a pontos adatokat lásd alább, Schier műveinek listájában.

6 A szerző szavai az említett kéziratban.

7 ✠ A bécsi Szent Ágoston-templomhoz (Augustinerkirche, 1. Wiener Gemeindebezirk) tartozó ágostonos rendház könyvtáráról van szó.

méltatásra kerülő művei, mint ahogy szavakkal le lehet festeni – bár még sokkal több is szándékában állt, amelyeket élete során megjelentetett volna, ha nem ragadja el őt a korai halál. Mindazonáltal a műveltségével megbecsült nevet és hírnevet szerzett (bár sohasem törekedett efféle), és nemcsak a mi vidékünk tudósainak körében, hanem a külföldiek között is.⁸ Voltak olyan nagy tekintélyű férfiak, akik az ő megismerésének vágyától vezérelve el is látogattak hozzá.

De nemcsak magát csiszolta ki így a tudományokban, hanem a barátait is erősen biztatta azok művelésére. Számos fiatalabb rendtársunkat indította és ösztökölte arra, hogy tanuljanak meg franciául, mivel ezen a nyelven minden könyv tele van műveltséggel. Ő tanította és mutatta meg, hogyan kell régi írást és ősi feliratokat olvasni; hogyan lehet a kódexek értékét megismerni; hogy melyik szerző tárgyalta bővebben és alaposabban ezt vagy am azt a témát; hogy ebben vagy abban a tárgyban mi az, ami kétséges, és mi biztos; hogy az idő tájt mely kérdések számítottak hasznosnak, melyek voltak megszokottabbak és népszerűbbek.

Mintegy két évvel a halála előtt tervbe vette, hogy létrehoz egyfajta tudós társaságot; ennek megfelelően próbálta rávenni arra alkalmas testvéreit, hogy jelentessenek meg írásokat, és évégett jelentkezzenek ide. Ő maga javasolt mindenféle vizsgálatra és tisztázásra szoruló témát, illetve szabályokat alkotott, amelyekhez igazodni kellett volna; mindenkinek felajánlotta továbbá, hogy – amennyire tud – segítségére lesz; már egyedül emiatt is nagyon kívánatos lett volna, hogy tovább éljen. Leginkább azt viselte a szívében, hogy a testvérekben elültesse a tudományok iránti helyes ízlést és azok szeretetét, illetve hogy az ágostonos ügyet jelessé, a világ számára hasznossá tegye. Az előljárók, e férfiú rendje iránti szeretetét és a tudományok előremozdításában mutatott buzgalmát – mint

illet – elismerni szándékozván, őt baccalaureusi fokozattal jutalmazták, noha ez a tiszteletbeli cím egyébként csak azoknak jár, akik a rendtartomány legjelentősebb szószerkeiből már több éve hirdetik Isten igéjét.

De nemcsak a tudománnyal foglalkozott Schier atya, hanem a jámborságot is gyakorolta; és bizony helyesen tette, mert különben „mit érne a tudás az istenfélelem nélkül”?⁹ Hiszen „szerencsétlen az az ember – mondta szent atyánk, Ágoston¹⁰ –, aki mindent tud, Istent azonban nem ismeri; viszont boldog az, aki Istent ismeri, még ha mást nem is tud”. Mivel ezek a dolgok Xystus számára sem voltak ismeretlenek, ezért nagyszerűen összekapcsolta a két törekvését, vagyis a jámborságot és a tudományokat, ahogyan azt a következők is fényesen bizonyítják.

Szavai, tettei és maga az a szerény, sápadt és jámborságtól áthatott arc is, ami jellemző volt rá, elárulták a vallásos és Istennek szentelt férfiút. Nem volt számára édesebb és kedvesebb beszéd annál, mint ami a tudományról vagy a kegyes dolgokról szólt; s bár egyébként meglehetősen szűkszavú volt, e két témában kimondottan szellemesnek és ékesszólónak bizonyult. Olyan szavakat, amelyek akár távolról sértették a szerénységet vagy a tisztaságot, nemcsak őtőle nem lehetett hallani sohasem, de még azok ellen is, akik a jelenlétében ilyesmire vetemedtek, azonnal felszólalt, és rendreutasította őket. Semmivel sem lehetett könnyebben ellenérzést vagy bosszankodást kelteni benne, mint az efféle megszólalásokkal. Törvényt szabott rá magának, hogy amennyiben távol levő személyekről van szó, ne tegyenek megjegyzést a hibáikra; s ha egy társa olykor eltért ettől, azonnal másfelé terelte a beszélgetést, és gyorsan visszahívta a tévelygőt. Távol álltak tőle a semmitmondó és üres beszélgetések, azoktól – akárcsak az ilyen semmitmondó emberektől – mindig tartózkodott. Röviden: minden beszédében körültekintéssel és mérlegeléssel élt.

8 ✠ Xystus Schier neve elismerésnek örvendett a bécsi, lipcsei, regensburgi, jénai stb. tudományos körökben; leveleinek katalógusa pedig képet ad a jeles férfiakkal folytatott levelezéséről.

9 ✠ A szerző könyve Krisztus követéséről, I. könyv 4. fejezet.

10 ✠ Vallomások V,4.

